

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome C.  
Fasciculus 9.  
Pagine {926}-{1265}.

Proprium de sanctis.  
Festi Augusti.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMXIV.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at:  
[www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1 2014.

Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2014.

Petri ad vincula.

## ¶ Petri ad vincula.<sup>1</sup>

(j. Augusti.)


Ad primas vespertas.

| AS:412, 464; 1520-S:54r; 1531-S:96r.


4981. Ant.  
IV.ii.



Olve \* ju-bénte De- o ter-rá-rum Petre cathé-nas :



qui fa- cis ut pá-te- ant ce- lésti- a regna be- á- tis.



Ps. S. A. E.

Psalmi feriales.

Capitulum. Actuum xij. (5.)

**P**etrus quidem servabátur in  
cárcere, orátko autem fiébat sine | intermissióne ab ecclésia ad Deum  
pro eo. [R.] Deo grátias.

R. Dixit ángelus [ad Petrum].<sup>2</sup> *infra viij.*<sup>3</sup> {942}.

[ ¶ Hic cantus sequens dicatur ad has vespertas super hunc hymnum.]<sup>4</sup>


1520-S:54v; 1531-S:96r.

8268b.



Hymn.

I.



Am bone pastor \* Petre cle-mens ácci- pe, Vo-ta

Petri ad vincula.

pre-cán-tum et peccá-ti víncu-la : Re-sól-ve ti-bi po-testá-te  
 trá-di-ta, Qua cunctis ce- lum verbo claudis á-pe-ris.  
 Annu- e Christe. *In communi.* [645].

*V.*<sup>5</sup> In omnem terram [exívit sonus eórum.

*R.* Et in omnes fines terre verba eórum].<sup>6</sup>

AS:464; 1520-S:54v; 1531-S:96v.

Ant.  
Ii.

5207.



U es pastor ó-vi- um, \* prin-ceps a-pos-to-

ló-rum : ti-bi trá-di-te sunt cla- ves regnum ce-ló-rum.

*Ps. Magníficat.* 53\*.

*Oratio.*

**D**eus qui beátum Petrum apóstolum a vínculis absolútum, illésum abíre fecísti : nostrórum qué-

sumus absólve víncula peccatórum : et ómnia mala a nobis propiciátus exclúde. Per Dóminum.

¶ *Memoria de Machabeis martyribus.*

*Ant. Gaudent in celis. vel Isti sunt sancti. in communi.* [748].

[96v.] *V. Letámini in Dómino et exultáte justi.* [748].

*Oratio.*

**F**Ratérna nos Dómine mártirum  
tuórum coróna letíficet : que et  
fidei nostre prébeat increménta | virtútum, et multíplici nos suffrágio  
consolétur. Per Dóminum.

¶ *Ad matutinas.*

AS:465; 1520-S:54v; 1531-S:96v.<sup>7</sup>

1167. Invit. II.

U es pas- tor ó-vi- um \* princeps a-posto-ló-  
rum. †Ti-bi trá- di- te sunt cla- ves reg-ni ce- ló-rum.

Ps. Ve-ní-te. 7\*.

[ ¶ *Ad matutinas dicatur hic cantus super hunc hymnum.*]<sup>8</sup>

1520-S:54v; 1531-S:96v.<sup>9</sup>


Hymn. IV.

Am bo-ne pastor \* Petre cle-mens ácci-pe, Vo-ta  
pre-cá-tum et pec-cá- ti víncu-la : Re- sólve ti-bi po-tes-

Petri ad vincula.



tá-te trá-di-ta, Qua cunctis ce- lum verbo claudis á-pe-ris.



¶ *In primo nocturno.*

AS:465; 1520-S:55r; 1531-S:96v.<sup>10</sup>


1. Ant.

I.v.



sar0079.

I- sit He-ródes \* rex ma-nus ut afflí-ge-ret quos-



AS:465; 1520-S:55r; 1531-S:96v.


2. Ant.

I. ix.



sar0125.


I-dens autem \* qui- a pla-cé-ret Ju-dé- is appó-



Petri ad vincula.

AS:465; 1520-S:55r; 1531-S:96v.<sup>11</sup>

3. Ant. IV.iii. 4286.



Etrus \* qui- dem serva-bá-tur in cárcere : et o-  
rá-ti- o fi- é-bat si-ne intermissi- óne ab ecclé-si- a  
ad De- um pro e-o. Ps. Eructávit. (xlrij.) [206].

V. In omnem terram. [651].


*Lectio j.*

**N**otandum est fratres charis-  
simi, qua de causa celebrátur  
festívitás sancti Petri, que  
dícitur Ad víncula : kaléndis Augústi.  
Hec ergo a quibúsdam dícitur causa.  
Romanórum quidam dux nómine  
Quirínus habébat filiam gutturnósam :  
nómine Balbínam. Habébat autem

ipse dux beátum Alexándrum papam  
in cárcere clausum. Ipsa vero puélla  
ibat sepíssime ad cárcerem ubi beátus  
pápa Alexánder cathénis tenebáтур  
ligátus, et deosculabátur cathénas,  
quibus ipse sanctus ligátus erat :  
scílicet ob grátiam recuperánde  
sanitatis.

AS:465; 1520-S:55r; 1531-S:96v.<sup>12</sup>

1. Resp. I. sar0647.



I- sit \* ím- pi- us He-ró-des rex ma- nus

Petri ad vincula.

ut afflíg-ge-ret quosdam de ecclé-si-a. †Occí-  
 dit au-tem Ja-cóbum fratrem Jo-hán-nis glá-  
 di-o. ¶ Vi-dens autem qui-a pla-cé-ret  
 Ju-dé-is : appó-su-it appre-hénde-re et Pe-trum.  
 †Occí-dit.

sar0647a.

*Lectio secunda.*

**C**ui beátus Alexánder dixit, Noli filia mea osculári has cathénas, sed quere bóias sancti Petri quibus vinctus fuit, et osculáre illas : et inde recipies sanitátem. Que mox ad patrem suum véniens : narrávit ei sicut audíerat a prefáto papa. Quod áudiens pater puélle, misit núnctios qui perquirerent cácerem ubi apóstolus fúerat [ligátus]<sup>13</sup> : indéque secum afférrent bóias beáti Petri. Quod ita factum est. Quas deósculans prefáta

puélla ílico : recépit sanitátem. Sicque beátus Alexánder éxiens de cárcere : constítuit celebrári solennitátem hanc kaléndis Augústi, in honóre beáti Petri, et in ejus nómine edificávit ecclésiam que dicitur Ad víncula. In qua étiam ut fertur solennitáte, cathéne ejus deosculántur a pôpulo devóte : auxiliánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum amen.

Petri ad vincula.

Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>14</sup>

AS:466; 1520-S:55v; 1531-S:96v.<sup>15</sup>

2. Resp. sar0670.

**V** I-dens au-tem \* cál-li-dus hos- tis qui- a pla-cé-  
ret Ju-dé- is. †Appó-su- it appre-hénde-re et  
sar0670a. Petrum. **V**. Mi- sit ímpi- us He-ró-des rex ma-  
nus : ut afflí-ge-ret quosdam de ecclé- si- a.  
†Appó-su- it.

*Lectio tertia. (Leonis pape sermo 20. de apostolis Petro et Paulo).*<sup>16</sup>

**C**ultémus in Dómino dilectísimi, et spirituáli jocunditáte letémur : quia unigénitus Dei Fílius Dóminus noster Jesus Christus, ad insinuánta nobis dispensatiónis et divinitátis sue mystéria, apostólici órdinis primum beátum Petrum dignátus est prerogáre, cujus hodiérrna solénnitas spécimen et decus cóntulit orbi terrárum. Hoc enim beáti Petri

obtínuuit dilectíssimi illa conféssio, que a Deo Patre apostólico inspiráta cordi : ómnia humanárum opiniónum incépta transcéndit, et firmitátem petre, que nullis impulsiónibus quate-rétur accépit. Evangélica síquidem reseránte hystória : omnes apóstolos Dóminus quid de se hómines opinéntur intérrogat. At ille quasi quid hábeat, discipulórum sensus sciat :

respóndet, Tu es Christus Fílius Dei vivi. Ille primus est in Dómini confessióne : qui primus est in apostólica dignitaté. Qui cum dixísset, Tu es Christus Fílius Dei vivi : respóndit ei Jesus, Beátus es Symon Bariona : quia caro et sanguis nos revelávit tibi, sed

Pater meus qui est in celis. Id est beátus es, quia te dócuit Pater meus, nec terréna opíño feféllit, sed inspiratio celéstis instrúxit : et non caro et sanguis, sed ille me tibi cuius sum Unigénitus indicávit. Tu autem.

AS:466; 1520-S:55v; 1531-S:96v.<sup>17</sup>

3. Resp.

III.



Umque \* ty-rán- nus immí- tis compre-hen-  
dís- set Pe-trum a- póstolo- lum : mi- sit e- um  
in cárcer- rem. †Vo-lens post pascha pro-dú-ce-re  
e- um pó- pu-lo. ⁊ Vi- dens autem qui- a pla-  
cé-ret Ju-dé- is : appó-su- it appre-hénde- re et  
Pe- trum. †Vo-lens. ⁊ Gló- ri- a. 93\*. †Vo-lens.

sar0617.


sar0617a.

**C In secundo nocturno.**

AS:466; 1520-S:56r; 1531-S:96v.<sup>18</sup>

4. Ant. I.i.

2660.



- rat Petrus dórmí- ens \* inter du-os mí-li-tes vinc-


tus cathé-nis du- á- bus : et custó-des ante ósti- um

custo-di- é-bant cárcer-rem. *Ps. Omnes gentes. (xlvj.) [208].*

AS:466; 1520-S:56r; 1531-S:96v.<sup>19</sup>

5. Ant. IV.ii.

sar0027.




Umque \* productú-rus e-um es-set He-ródes :

[97r.] ec-ce ánge-lus Dómi-ni ásti- tit et lumen re-fúl-sit

in ha-bi-tá-cu-lo cárcer-ris, percussóque lá-te-re Petri

ex-ci-tá-vit e-um di-cens, Sur-ge ve-ló-ci-ter.

Petri ad vincula.



*Ps. Exaudi Deus deprecationem. (lx.) [227].*

AS:467; 1520-S:56r; 1531-S:97r.<sup>20</sup>

6. Ant.

I.i.



2787.

X-i-ens Pe-trus \* a-pósto-lus seque-bá-tur

ánge-lum : et nesci- é-bat qui- a ve-rum est quod fi- é-bat

per ánge-lum, estimá-bat autem se vi-sum vi-dé-re.

*Ps. Exaudi Deus orationem. (lxij.) [229].*

VII. Constítues eos príncipes. [655].

*Lectio iiii.*

**C**T ego (inquit) dico tibi. Hoc est, sicut Pater meus tibi manifestávit divinitátem meam : ita ego notam tibi fácio excelléntiam tuam. Quia tu es Petrus. Id est, cum ego sim inviolábilis petra, ego lapis anguláris : qui fácio útraque unum, tamen tu quoque petra es, quia mea virtúte solidáris, ut que michi

potestáte sunt própria, sint tibi mecum participatione commúnia. Super hanc petram edificábo ecclésiam meam, et porte ínferi non prevalébunt advérsus eam. Super hanc (inquit) fortitúdinem etérnum extruam templum : et ecclésie mee celo inserénda sublímitas, in hujus fidei firmitáte consúrget. Hanc confessiónem porte

Petri ad vincula.

íneri non tenébunt : mortis víncula  
non ligábunt. Vox enim ista vox vite  
est : et sicut confessóres suos ad


celéstia próvehit, ita peccatóres ad  
inférra demérgit.

AS:467; 1520-S:56r; 1531-S:97r.<sup>21</sup>


4. Resp.  IV.

sar0656. 


E- trus \* qui- dem a-pós- to- luc serva-



bá- tur in cárcere. †O-rá- ti- o autem fi- é- bat si-




ne intermis- si- ó- ne ab ecclé-si- a ad De- um

sar0656a. 

pro e- o. X. E-rat Petrus dórmī- ens



inter du- os mí- li- tes : vinctus cathé- nis du- á- bus.



†O-rá- ti- o.

*Lectio v.*

 Ropter quod dicitur beatíssimo  
Petro, Tibi dabo claves regni

celórum. Et quecúnque ligáveris su-  
per terram erunt ligáta et in celis : et

quecunque sólveris super terram,  
erunt solúta et in celis. Transívit  
quidem étiam in álios apóstolos vis  
istús potestátis : sed non frustra uni  
commendátur quod ómnibus inti-  
mátur. Petro enim ídeo hoc singu-  
láriter créditur : quia cunctis ecclésie  
rectóribus Petri forma prepónitur.  
Manet ergo Petri privilégium : ubi-  
cunque ex ipsius fertur equitáte ju-  
dícum. Nec nímia est vel sevéritas  
vel remíssio, ubi nichil erit ligátum

nichil solútum : nisi quod beátus  
Petrus vel ligáverit aut sólverit.  
Instántem autem passióne sua, que  
discipulórum erat turbatúra constán-  
tiam : Symon, inquit Dóminus,  
Symon ecce Sáthanas expostulávit, ut  
vos cribráret sicut tríticum. Ego  
autem orávi pro te : ne deficiat fides  
tua. Et tu aliquándo convérsum  
confirma fratres tuos : ne intrent in  
tentatiómem.

AS:467; 1520-S:56v; 1531-S:97r.<sup>22</sup>

5. Resp.

V.



Um ve-ro \* productú- rus e- um esset He-

sar0616.

ró- des in ipsa noc-te e-rat Petrus dórmī- ens. †Inter

du-os mí-li- tes vinctus ca- thé-nis du-á- bus.

sar0616a.

¶. Et custódes ante ósti- um custo-di- é-bant cárc-

rem : u-bi e-rat Petrus a-pósto- lus. †Inter.

*Lectio vj.*

**C**ommúne erat ómnibus apóstolis perículum de formídine tentatiónis, et divíne protectiónis auxílio páriter indigébant : quóniam dyábolus omnes exagitáre, omnes cupiébat elídere : et tamen speciális a Dómino Petri cura suscípitur, et pro fide Petri próprie supplicátur, tanquam aliórum status cértior sit futúrus, si mens príncipis victa non fúerit. In Petro ergo ómnium fortitúdo munítur, et divíne grátie ita ordinátur auxílium : ut firmitas que per Christum Petro tribúitur : per Petrum apóstolis áliis conferátur. Et postquam resurréxit Dóminus a mórtuis, beáto Petro apóstolo post regni claves tráditas ad trinam etérni amóris professiónem : mýstica insinuatióne ter dixit, Pasce oves meas. Quod nunc quoque pro culdúbio facit, et mandátum Dómini


pius pastor exéquitur, confírmans nos cohortatióibus suis, et pro nobis oráre non cessans : ut nulla tentatióne superémur. Si autem hanc pietatis sue curam omni pôpulo Dei, sicut credéndum est ubique preténdit : quanto magis nobis alumnis suis opem suam dignábitur impéndere, quos in ecclésia suo nómini et honóri dicáta sibi voluit deservíre ? Cum itaque dilectíssimi tantum nobis videámus presídium divínitus institútum : rationabiliter et juste in Júdicis nostri méritis et dignité letémur, grárias agéntes sempitérno Regi Redemptóri nostro Jesu Christo quod tantam poténtiam dedit ei quem totius ecclésie príncipem fecit, ad laudem et glóriam nóminis sui, cui est cum Patre et Spíritu Sancto honor et glória in sécula seculórum amen.

AS:468; 1520-S:56v; 1531-S:97r.<sup>23</sup>


6. Resp. VI.

sar0624. 


C-ce ánge-lus \* Dó-mi- ni ásti-tit et lumen  
 re-fúl- sit in ha-bi-tá- cu-lo cárce- ris : percussóque




Petri ad vincula.




lá- te-re Pe- tri exci-tá- vit e- um di- cens.



†Surge, sur- ge, sur-ge ve-ló-ci-ter. *XV.* Et contí-nu-o



ce-ci-dé-runt cathé-ne de má- ni-bus e- jus : ánge- lo



di- cén- te. †Surge.

[97v.]


[*XV.*] Glória Patri. 94\*. †Surge.

¶ *In iij. nocturno.*

AS:468; 1520-S:57r; 1531-S:97v.<sup>24</sup>

7. Ant.

III.i.




sar0119.

Ranse- úntes \* primam et se-cúndam cus-tó-di- am



ve-né-runt ad portam férre- am que du-cit ad ci-vi-tá- tem,



que ultro a-pér- ta est e- is. *Ps. Confitébimur. (lxxiiij.)* [248].

Petri ad vincula.

AS:468; 1520-S:57r; 1531-S:97v.<sup>25</sup>

8. Ant.  
sar0039.



IV.i.

T ex-e- ún-tes \* pro- cessé-runt vi- cum u-  
 num : et contí-nu- o discés-sit ánge- lus ab e-o.

*Ps. Dóminus regnávit exultet. (xcvj.) [278].*

AS:468; 1520-S:57r; 1531-S:97v.<sup>26</sup>

4282.



9. Ant.  
Iviii.

E-trus \* ad se re-vérsus dix-it, Nunc sci- o ve-  
 re qui- a mi-sit Dómi-nus ánge-lum su- um et e-ri-pu- it

me de ma-nu He- ró- dis : et de omni expectá-ti- ó-ne

ple-bis Ju-de- ó-rum. *Ps. Dóminus regnávit irascántur.*  
*(xcvij.) [289].*

*V. Nimis honoráti. [659].*

*Secundum Matheum xvij. (13-19.)*

**I**N illo tempore, Venit Jesus in partes Cesarée Philíppi : et interrogábat discípulos suos dicens, Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis ? Et réliqua.

*Omelia beati Augustini episcopi.*

**D**omino Jesu Christo requirénte, quemnam eum hómines dícerent esse : et opiniónes várias hóminum discípulis respondéntibus, rursúsque Dómino interrogánte et dicénte, Vos autem quem me esse

dícitis : respóndit Petrus, Tu es Christus Fílius Dei vivi. Unus pro multis dedit respónsum : únitas in multis. Petrus enim apóstolus : ecclésie única typus est. Ipse namque in apostolórum órdine primus, in Christi amóre promptíssimus : sepe unus respóndit pro ómnibus. Tunc ei Dóminus ait, Beátus es Symon Bariona : quia tibi non revelávit caro et sanguis, sed Pater meus qui in celis est. Tu autem Dómine.

AS:468; 1520-S:57v; 1531-S:97v.<sup>27</sup>

7. Resp.



VII.

Urge \* Pe- tre et indu- é-te ves- timén-ta  
 tu- a, ác- ci-pe forti- tú-di-nem ad salván-das  
 gen- tes. †Qui- a ce-ci-dé-runt cathé- ne de má-ni-  
 bus tu- is. ¶ An-ge- lus Dómi-ni ásti-tit et lu-  
 men re-fúlsit in ha-bi-tá-cu-lo cárcel- ris : percussó-que

7731.

7731a.

Petri ad vincula.

lá-te-re Petri exci-tá-vit e- um di- cens, Surge ve-  
ló- ci- ter. †Qui- a.

*Lectio viij.*

**A**tténde causam quare beátus,  
Quia non tibi revelávit caro et  
sanguis : sed Pater meus qui in celis  
est. Ideo beátus : quia tibi non caro  
et sanguis revelávit. Si enim caro et  
sanguis hoc tibi reveláret : de tuo.  
Quia vero caro et sanguis non tibi  
revelávit, sed Pater meus qui in celis  
est : de meo, non de tuo. Quare de  
meo ? Quia ómnia quas habet Pater :  
mea sunt. Ecce audísti causam quare  
beátus : audi et quare Petrus. Addidit  
Dóminus, Et ego dico tibi, tanquam

díceret, Quia tu dixísti michi, Tu es  
Christus Fílius Dei vivi, et ego dico  
tibi : tu es Petrus. Symon quippe  
ántea vocabáatur. Hoc autem ei  
nomen ut Petrus appellarétur, a  
Dómino impósitum est : et hoc in ea  
figúra, ut significáret ecclésiam. Quia  
enim Christus petra : Petrus póplus  
Christiánus. Petra enim principálē  
nomen est : ídeo Petrus a petra, non  
petra a Petro, quómodo non a  
Christiáno Christus, sed a Christo  
Christiánus vocáatur.


AS:464, 469; 1520-S:57v; 1531-S:97v.<sup>28</sup>

8. Resp. VIII.


sar0620.

**C** Ix- it \* ánge-lus ad Pe- trum, Circúnda ti- bi  
ves- ti-méntum tu- um et sé-que-re me. †Et e-


Petri ad vincula.




gré-di- ens. ♫Seque-bá-




tur e- um. ¶ Tran-se- ún- tes au-tem primam et



se-cúndam cus-tó-di- am ve-né-runt ad portam fér- re- am




que du- cit ad ci-vi-tá-tem que ultro a- pér-ta est e- is.




†Et.

*Ad primas vespertas.*



¶ Gló- ri- a Pa- tri et Fí- li- o : et Spí- rí-



tu- i Sancto. ♫Sequebátur.

*Lectio ix.*

**T**U es ergo (inquit) Petrus, et super hanc petram quam confessus es, super hanc petram quam cognovisti dicens, Tu es Christus Fílius Dei vivi, edificábo ecclésiam meam : id est super meípsum Fílium Dei vivi edificábo ecclésiam meam. Super me edificábo te : non me super te. Nam voléntes hómines edificáre super hómines : dicébant, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apóllo, ego vero Cephe : ipse est Petrus. Et álii qui nolébant edificári super Petrum, sed super petram : ego autem

sum Christi. Apóstolus autem Paulus ubi cognóvit se éligi et Christum contémni : Divíssus est (inquit) Christus ? Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nómine Pauli baptizáti estis ? Quómodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nómine Christi : ut Petrus edificarétur super petram, non petra super Petrum. Idem ergo Petrus a petra cognomi-nátus, ecclésie figúram portans : apostolátus principátum tenens. Tu autem Dómine.

AS:446; 1520-S:16v; 1531-S:64r; 97v.<sup>29</sup>

9. Resp. I.

7503.  Uodcúmque \* li-gá-ve-ris su- per terram : e-rit  
 li-gá-tum et in ce- lis. †Et quodcúnque sólve-ris  
 su-per ter- ram. ‡E-rit so-lú- tum et in ce-  
 lis. ¶ Tu es (inquit Petrus) Christus Fí-li- us

7503z.

{944}

Petri ad vincula.

De-i vi-vi: respóndens Dó-mi-nus a-it, Et e-go  
di-co ti-bi qui-a tu-es Petrus, et su-per hanc pe-tram  
e-di-fi-cá-bo ecclé-si-am me-am. †Et quod.  
℣. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o: et Spi-rí-tu-i  
Sanc-to. ♫E-rit so-lú-tum.

[*Ante laudes.*]

℣. Tu es Petrus.

8227.

[℟. Et super hanc petram edificábo ecclésiam meam.]<sup>30</sup>

● *In laudibus.*

AS:469; 1520-S:58r; 1531-S:97v.<sup>31</sup>

1. Ant.

IV.ii.



N-ge-lus \* Dó-mi-ni ás-ti-tit et lumen re-fúl-

1411.

Petri ad vincula.

Music notation on four-line red staves. The first staff begins with a sharp sign. The lyrics are:

sit in ha-bi-tá-cu-lo cárcer-is : percussóque lá-te-re  
 Petri exci-tá-vit e- um di-cens, Sur-ge ve-ló-ci-ter.

[98r.] Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].

AS:470; 1520-S:58r; 1531-S:98r.<sup>32</sup>

2. Ant. VIII.ii.

2268. Ix-it ánge-lus ad Petrum : \* circúnda ti-bi vestimén-

tum tu- um et séque-re me. Ps. Jubilate Deo. (xcix.) [46].


AS:470; 1520-S:58r; 1531-S:98r.<sup>33</sup>

3. Ant. IV.i.

sar0042. X-i- ens Petrus \* seque-bá-tur e- um : et nesci-

é-bat qui- a ve-rum est quod fi- é-bat per ánge-lum.

Petri ad vincula.




*Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].*

AS:470; 1520-S:58r; 1531-S:98r.<sup>34</sup>


4. Ant.

VII.vi.



3783.

I-sit Dómi-nus \* ánge-lum su- um : et li-be-rá-vit




me de ma-nu He-ró-dis al-le- lú-ya. *Ps. Benedícite omnia.*  
(*Daniel iij.*) [48].

AS:470; 1520-S:58v; 1531-S:98r.


5. Ant.

VII.ii.




4981.

Olve ju-bénte De-o \* terrá-rum Petre cathé-



nas : qui fa-cis ut pá-te- ant ce-lésti- a regna be- á-tis.



*Ps. Laudáte. (cxlvij.) [49].*

*Capitulum. Petrus quidem. {926}.*

*Hymnus. Exultet celum. [in communi].<sup>35</sup> [665].*

*X. Annunciarunt ópera Dei. [672].*

Petri ad vincula.

AS:448; 1520-S:17r; 1531-S:64r; 98r.

4561. Ant. VIII.i.

Uodcúnque \* li-gá-ve-ris su-per ter-ram, e-rit  
 li-gá-tum et in ce-lis : et quodcúnque sólve- ris su-per  
 ter-ram, e- rit so-lú-tum et in ce- lis di-cit Dómi-nus Sy-  
 mó- ni Petro. Ps. Benedíctus. 68\*.

*Oratio.* Deus qui beátum Petrum. {927}.

¶ *Memoria de martyribus.*

*Ant.* Istórum est enim. *in communi.* [778].

¶ *Mirábilis Deus.* [192].

*Oratio.* Fratérna nos. {928}.

¶ *Ad j.*

*Ant.* Angelus Dómini. *j. de laudibus.* {946}.

*Ps.* Deus in nómine. (*lij.*) [95].

*Ant.* Te jure. [99].

*Ps.* Quicúnque. [100].

¶ *Ad iij.*

*Ant.* Dixit angelus. *ij. de laudibus.* {946}.

*Ps.* Legem pone. (*cxvij. 33.*) [132].

{948}

Petri ad vincula.

---

*Capitulum [sicut . . . apostolorum Petri et Pauli].*<sup>36</sup> Petrus quidem. {926}.

*Responsoria et versus de communi unius apostoli [ad omnes horas dicantur].*<sup>37</sup> [673].

¶ *Ad vj.*

*Ant. Exiens Petrus. iij. de laudibus.* {946}.

*Ps. Defecit. (cxvij. 81.)* [141].

*Capitulum. (Actuum xij. [7].)*

**A**ngelus Dómini ástitit et lumen  
refúlsit in habitáculo cáceris,  
percussóque látere Petri excitávit eum | dicens, Surge velóciter : et contínuo  
cecidérunt cathéne de mánibus ejus.

¶ *Ad nonam.*

*Ant. Solve jubénte Deo. v. de laudibus.* {947}.

*Ps. Mirabília testimónia. (cxvij. 129.)* [150].

*Capitulum. (Actuum xij. [9].)*

**C**xiens Petrus sequebátur ánge- | quod fiébat per eum : estimábait  
lum et nesciébat quia verum est | autem se visum vidére.

¶ *Ad secundas vesperas.*

*Ant. Angelus Dómini. j. de laudibus.* {946}.

*Ps. Dixit Dóminus. (cix.)* [311]. *et ceteri psalmi de apostolis.* [675].


*Capitulum. Petrus quidem.* {926}.

*Hymnus. Exultet celum. in communi.* [665].

*V. Annunciavérunt ópera Dei.* [672].

AS:470; 1520-S:58v; 1531-S:98r.<sup>38</sup>

Ant.  
VIII.i.



4282.

Etrus \* ad se re- vérsus dix-it, Nunc sci- o ve-re

Petri ad vincula.

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below the staves:

qui- a mi-sit Dómi-nus ánge-lum su- um et e-rí-pu- it  
me de ma-nu He-ró- dis et de om-ni expecta- ti- ó- ne  
ple-bis Ju-de- ó-rum. *Ps. Magníficat. 69\**.

*Oratio.* Deus qui beátum Petrum. {927}.

¶ *Memoria de sancto Stephano martyre.<sup>39</sup>*

*Ant.* Hic est vere martyr. *in communi.* [687].

*XV.* Glória et honóre. [687].

*Oratio.*

**D**eus qui nos beáti Stéphani  
mártyris tui atque pontíficis  
ánnua solennité letíficas : concéde  
propícius, ut cuius natalícia cólimus,

de ejúsdem étiam protectióne gaude-  
ámus. Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum Fílium tuum.

## ¶ *Sancti Stephani martyris.*<sup>40</sup>

(ij. Augusti.)

*Oratio ut supra. {950}.*

*Ad matutinas tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.*

### *Lectio prima.*

**B**éatus Stéphanus episcopus urbis Rome, congregato univérso clero : sic eos allóquitur dicens, Fratres et commilitóres mei, audístis precépta dyáboli seva vulgári, ut si quis Christiánus deténtus fúerit a pagáno : omnes

facultátes ejus accípiat. Vos ítaque fratres respúite facultátes terrénas : ut regnum celéste percipiátis. Nolíte timére príncipes séculi : sed oráte Dóminum Deum celi, et Jesum Christum Fílium ejus. Tu [autem Dómine miserére nostri].<sup>41</sup>

### *Lectio ij.*

**T**Ussit ítaque beátus Stéphanus ut álera die in cripta Nepotiana<sup>42</sup> congregaréntur. Et facto conventículo in eádem cripta, invénti sunt promíscui sexus viri ac muliéres número centum et octo : quos eádem

die in nómine Dómini nostri Jesu Christi sacri baptismátis mystériis consecrávit, et óbtulit pro eórum expiatióne sacrificium, atque particípáti sunt omnes.

### *Lectio iij.*

**P**ost hec óbtulit sacrificium Deo omnipoténti in cimitério sancte Lúcie.<sup>43</sup> Audiens ígitur Valeriánus que gesta fúerant, ac de templi eversióne, et quia esset cum Stéphano máxima multitúdo Christianórum : missi sunt plúrimi priórum mílitum, qui veniéntes invenérunt beátum

Stéphanum sacrificium Dómino offérentem. Quique intrépidus constans ante altáris solénnia, et júgiter cepta perficiens : in eódem loco sicut<sup>44</sup> in sua decollátus est sede, sub die quárto nonárum Augustárum, pergens ad Dóminum cum quo vivit in séculum séculi.

¶ *In inventione sancti Stephani  
prothomartyris sociorumque ejus martyrum.  
(ijj. Augusti.)  
Ad vesperas.*

*Super Psalmos.*

*Ant. Sancti per fidem. [in communi].<sup>45</sup> [739].*

*Psalmi feriales.*

*Capitulum. Justórum áime. in communi. [790].*

*I. Sacérdos Dei.<sup>46</sup> {965}.*

*Hymnus. Sanctórum méritis. in communi. [739].*

*V. Letámini in Dómino. [748].*

AS:470; 1520-S:59r; 1531-S:98r.<sup>47</sup>

4202. Ant.  
IV.i.

S- téndit \* sanctus Gamá-li- el per vi-sum Lu-

ci- á-no sa-cerdó-ti tres cá-lathos áure-os ro-sis re-fértos,

et quar-tum argénte-um cro-co ple-num et dix-it, Hii sunt

nostri ló-cu-li et nos-tre re-líqui- e : hic autem san-

[98v.]

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

guíne- as ha-bens ro- sas, ló-cu-lus est sancti Stépha-ni :  
qui so- lus ex no-bis marty-ri- o mé-ru- it co- ro-ná-ri.

Ps. Magníficat. 6o\*.

*Oratio.*

**D**EUS qui es sanctórum tuórum splendor mirabilis, quique<sup>48</sup> hodiéerna die beáti Stéphani mártiris tui, Nichodémi, Gamaliélis atque

Abibon, inventiónem gloriósam revelásti : da nobis quésumus in etérna letícia, de eórum societáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

¶ *Ad matutinas.*

AS:559, 642; 1520-S:59r, 135v; 1531-S:98v.<sup>49</sup>

Invit.  
IV.i.



- do-ré-mus \* re- gem mag- num Dó- mi-num.

1015.

†Qui in sanctis su- is semper est mi-rá- bi- lis.

Ps. Ve-ní- te. 13\*.

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

*Hymnus. Sanctórum méritis. in communi. [742].*

¶ *In j. nocturno.*

AS:471; 1520-S:59v; 1531-S:98v.<sup>50</sup>

1. Ant. 3641. Li.

U-ci- á-no \* ve-ne-rá-bi- li pres-bý-te-ro qui-

escénti in stra-tu su- o, de re-ve- la-ti- óne sanctá-rum

re-liqui- á-rum prothomárty-ris Stépha-ni ta-lis di-ví-ni-

tus osténsa est ví-si- o. *Ps. Beátus vir. (j.)* [12].


AS:471; 1520-S:59v; 1531-S:98v.

2. Ant. 2435. II.i.

Um adhuc \* pe-ne vi-gi- lá-ret vir ve-ne- rándus,

tanquam in excéssu mentis re-pénte est efféctus.

In inventione sancti Stephani prothomartyris.



*Ps. Quare fremuerunt. (ij.) [12].*

AS:471; 1520-S:59v; 1531-S:98v.<sup>51</sup>


3. Ant.

III.i.



I-dit í-gi-tur \* assíste-re si-bi vi- rum e-tá-te

5414.



*Ps. In Dómino confido. (x.) [19].*

*V. Letámini in Dómino.*

*R. Et gloriámini. [748].*

*Lectio j.*

**V**uciánus presbyter cui reuelávit Deus séptimo Honórii principis anno, locum sepúlchri et reliquiárum beáti prothomártyris Stéphani et Gamaliélis ac Nichodémi, qui in Evangélio et in Actibus apostolórum legúntur<sup>52</sup> : scripsit hanc revelationem Greco sermóne, ad ómnium ecclesiárum noticiam. Qui dum quiéseret in basí-

lica baptistérii, in stratu suo sexta féria parascéves, circa horam tértiam noctis, dumque adhuc pene vigiláret, tanquam in excéssu mentis efféctus : vidi virum senem, statúra prócerum, vultu decórum, prolíxam barbam habéntem, palliátum alba stola, cui ínerant gémmule áuree intrínsecus habéntes sancte crucis signum, calciátum calígis in superficie deaurátis.

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

AS:471; 1520-S:59v; 1531-S:98v.<sup>53</sup>

1. Resp.  
I.


6211. **E**á-tus \* Gamá- li- el doctó- ris génti- um Pau-




li di- dásca- lus ap-pá- ru- it Chris-ti sa-cerdó-ti




Lu- ci- á- no in véstí-tu cándi-do amíc- tus




pál-li- o. †Et virgam ma- nu ges- tá- bat

6211a. 

áu- re- am. ⁊ Cal-ci- á-tus cá-li-gis



in su-perfí-ci- e de- aurá- tis qua- si de- ámbu-lans co-ram



e- o. †Et virgam.

*Lectio ij.*

**P**T manu tenébat virgam áuream, | nómine suo : dicens, Luciáne,  
de qua tangens, vocávit eum ter | Luciáne, Luciáne. Et dixit ei Greco

sermóne, Vade in civitátem que dícitur Helyá, que est Hierúsalem : et dic sancto Johánii epíscopo, quátinus cum summa diligéntia nostros patefáciat túmulos, quia despécto in loco recónditi sumus. Cunque venerábilis präsbyter inquireret ab eo quis esset : dixit se esse Gamaliélem qui nutrívit Paulum apóstolum. Interrogávit autem eum : qui essent cum eo. Unus est inquit dóminus Stéphanus a Judéis Hierosólymis pro fide Christi lapídibus oppréssus : jussúque sacer-

dótum relíctus foris extra portam, via que dicit ad Cedar, béstias et ávibus devorándus. Sed hoc omníno ille prohíbuit : cui illésam idem martyr fidem servávit. Ego Gamáiel compátiens Christi minístro, occúlte rápui corpus ejus : et sepelívi in meo prédio, hoc est in Caphargámala, quod interpretátur villa Gamaliélis. Et feci eum poni in meo monuménto in orientáli theca : vigínti miliáribus a civitáte.

AS:472; 1520-S:60r; 1531-S:98v.<sup>54</sup>

2. Resp.

II.

6877.

- gi-tur \* dissimu-lá-ta Gamá-li-el  
 de- ambu-la-ti-ó-ne ve- nit ad e- um  
 et virga quam ma-nu gestá- bat té-ti- git il-lum  
 vo-cans e- um té- ti-o. †Lu-ci- á- ne, Lu-ci- á-

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

6877a.

ne, Lu-ci- á-ne, sur-ge. *V.* Cu- i sa-cérdos  
 respón-dit, Quis es Dómi- ne, at il-le dix-it  
 ad e- um. †Lu-ci- á- ne.

*Lectio ij.*

**I**lle vero qui hujus locello jacet contiguus, ipse est Nichodémus nepos meus, qui postquam ut renascerétur ex aqua et Spíritu Sancto a Salvatörē audívit : baptísmi sacraméntum suscépit. Pro quo póstmodum indignáti príncipes sacerdótum, subrácto ei principátus honóre, conabántur illum trádere morti : sed nostra propinquitátis reveréntia non perfecérunt. Verúntamen expúlso eo foras urbem, diripuerunt omnem supelléctilem ejus, multísque eum affícientes plagis : semivívum reliquerunt. Ego nimírum et hunc collégi : et ad pedes prothomártyris jussi

sepultúre tradi. Ille quidem tértius qui mecum pójssidet locum : ipse est Abíbas filius meus qui mecum Christo crédidit vicésimum agens etátis annum : et a beátis apóstolis baptísmi unda perfúsus est. Is dum esset doctrína legis plénius instrúctus, et<sup>55</sup> templo Dei cum Paulo sédule vacans, divína meditándo precépta, ab illo vicio cui se genus humánum [99r.] máxime súbdere solet protectióne divína éxitit liber : et in hoc propósito castitatis pausávit in pace. Et iste defúnctis sepultus est in tertiatheca excelsióre : in qua<sup>56</sup> et ego defunctus applicátus sum.

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

AS:472; 1520-S:60r; 1531-S:99r.<sup>57</sup>

3. Resp.

III.



A-de \* Lu-ci- á- ne et dic Jo-hánni e-písco-

po Hie-ru-so- li- mi- tá- no : úsquequo clausi

su- mus, úsquequo non á-pe- ris no- bis ? †Tu- is

é-te-nim tempó- ri- bus re-ve-lán- di

su- mus. *V.* A- pe-ri no-bis ve-ló-ci- us : ut per nos

ósti- um mi-se-ri-córdi- e su- e hu-má-no gé-ne-ri a-

pé- ri- at De- us. †Tu- is.

*V.* Gloria. 93\*. †Tuis.

7815.

7815a.

In inventione sancti Stephani prothomartyris.


---

¶ *In ij. nocturno.*

AS:473; 1520-S:60v; 1531-S:99r.<sup>58</sup>

4. Ant.  
IV.i.

5430.  Ir De- i \* Gamá-li- el a- it Lu-ci- á-no, Non me- i  
so-lúmmodo causa so-lí-ci- tus sum : sed pó-ti- us pro  
il-lis qui me-cum sunt. *Ps. Dómine quis habitábit.* (xiv.) [23].



AS:473; 1520-S:60v; 1531-S:99r.

5. Ant.  
V.ii.

3436.  S-te é-te-nim \* máx-imó digni sunt honó-re  
ve-ne-rá-ri in terris quos in ce-lo Rex re- gum imménsa  
cumu-lá-vit gló-ri- a. *Ps. Consérva.* (xv.) [25].



In inventione sancti Stephani prothomartyris.

AS:473; 1520-S:60v; 1531-S:99r.<sup>59</sup>

6. Ant.

VI.



Um ergo sint \* a-pud De-um mé-ri- tis excél-

1997.



si : a-pud hó-mi-nes lo-co te-néntur húmi-li.



*Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].*

V. Exultent justi [in conspéctu Dei].<sup>60</sup> [195].

*Lectio iiii.*

**A**Emorátus autem präsbyter scis- citátus est eum dicens, Ubi vos inveniémus dómine ? Qui ait illi, In meo agéollo : qui Syriáce dícitur Delagábrii : id est posséssio virórum Dei. Post hanc<sup>61</sup> visiónem cum evigiláset präsbyter deprecátus est Dóminum dicens, Dómine Jesu Christe, si est hec víso ex te et non est illúsio : fac ut íterum et tértio appáreat michi, quando vis et

quómodo vis. Et cepit jejunáre usque ad áliud parascéven. Et íterum ipse dóminus Gamáiel eádem similitúdine et eádem scemáte appáruit ei sicut in primo visu : et statim áttulit ante eum tres cálathos áureos rosis plenos. Duo habébant albas rosas : et tértius rubicúndas quasi ságuinem. Quartus vero argénteus : plenus erat croco bene olénti. Tu autem [Dómine miserére nostri].<sup>62</sup>

AS:473; 1520-S:61r; 1531-S:99r.<sup>63</sup>

4. Resp.

IV.



U-ci- á-nus \* präsby-ter dix- it, Dómi-ne tu

7107.

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

quis es et qui sunt te- cum ? At il-le, Ego sum  
Gamá- li- el Pauli quondam doctor a-pós- to- li,  
qui au-tem juxta me qui- és- scit. †Ipse est dómi-nus  
7107a. Stépha- nus. ⁊ Qui a Ju-dé- is Hie-ro-só-lymis la-  
pi-dántis, ad la-ce-rándum béstí- is et á-vi-bus est pó-si-  
tus : sed per De- i pro-vi-dénci- am permán- sit in-  
tác- tus. †Ipse.

*Lectio v.*

**T**dixit ei, Lipsána nostra sunt que vides. Qui rosas rúbeas habet : ipse est dóminus Stéphanus qui a dextris pósitus est ad oriéntem

ab intróitu monuménti. Et secúndus cálathus dóminus Nichodémus : pósitus contra óstium. Unus vero cálathus argénteus, Abíbas est filius meus

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

qui immaculátus ex útero matris sue excéssit e mundo. Et ipse meo conjúctus est cálatho in excélsō loco : ubi ambo pósiti sumus quasi gémini. Et cum hec dixísset : dénuo ex óculis ejus evánuit. Cunque expérge factus fuísset : grátias egit Deo omnipoténti, et consuétis jejúniis óperam dedit : usque ad tértiam revelatióñem. In tértia ígitur septimána, eódem die et eádem hora ádvenit supradictus dómínus Gamáiel : cómmínans et


fremebúndus. Cunque infremuísset<sup>64</sup> : dixit ei präsbyter, Non néligens fui, dómine mi : sed prestolábar íterum advéntum tuum. Nunc vero sine mo- ra crástina die pergam : ómnia que michi mandásti dictúrus. Experge- faktus präsbyter : perréxit in civitátem ad sanctum Johánnem. Et cum illi ómnia que víderat narrásset : lachry- matus est Johánnes epíscopus pre gáudio, et benedíxit Dóminum. Tu autem.

AS:474; 1520-S:61r; 1531-S:99r.<sup>65</sup>

5. Resp.

V.

**G** Um sci- rem \* e-go Gamá- li- el sancti-  
 tá- tem Chris- ti lé-vi-te Stépha- ni fi- dem  
 e-jus ac de-vo-ti- ó- nem, cre- dens me in re-surrecti-  
 ó- ne partem ha-bi-tú- rum cum e- o : fe- ci e-



In inventione sancti Stephani prothomartyris.

um se-pe- lí- ri. †In monumén- to me- o  
 6373a. no- vo. ¶ Audí-tor Dómi-ni Nichodémus í-bi-dem  
 se-púltus est : et A- bí-bas fí- li- us me- us me-cum est re-  
 pó-si- tus u-bi requi- éscit be- á- tus Stépha- nus.  
 ¶ †In monumén- to.

*Lectio vj.*

**C**T dixit ad eum epíscopus, Si hec  
 ut dicis charíssime audísti et  
 vidísti : opórtet me inde transferre  
 beánum prothomártyrem Stéphanum  
 archidyáconum Christi, qui primum  
 advérsus Judéos Domínica bella peré-  
 git, et Dóminum in sua majestáte in  
 terra pósitus in celo stantem vidi-  
 t, et tanquam ángelus in concióne hómi-  
 num appáruit. Hortátus est ígitur  
 epíscopus Johánnes Luciánum pres-  
 býterum : ut consúrgens dilúculo  
 fóderet in acérvo qui erat in ipso agro.

Cunque hoc crástino illucescénte  
 statuíssent perágere : ipsa nocte ap-  
 páruit ipse dóminus Gamáiel cuídam  
 monácho nómine Migécio,<sup>66</sup> inno-  
 cénti et símplici viro, et dixit ad eum,  
 Vade et dic Luciáno, frustra labóras in  
 acérvo illo, quia ibi non sumus modo :  
 sed tunc ibi fúimus cum lamen-  
 taréntur nos, secúndum consuetú-  
 dinem antiquórum. Surgens autem [99v.]  
 predíctus présbyter dilúculo, voléns-  
 que ad acérvum ire : invénit moná-  
 chum illum predícantem ómnibus que

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

víderat. Et evocáto eo : exquisívit quid vidísset. Qui áudiens ómnia signa dómini Gamaliélis : glorificávit

Deum, quia invéntus est et álius testis in revelatióne sanctórum. Tu autem Dómine.

AS:474; 1520-S:61v; 1531-S:99v.<sup>67</sup>


6. Resp.

VI.

 A-cér-dos \* De- i Lu-ci- á- nus prostrá-vit  
 se in o-ra- ti- ó- nem ro-gans De-um et di- cens,  
 Dó-mi-ne Je- su Chris-te si est hec ví-si- o ex te.  
 †Pres- ta ut í- te-rum ac té-rti- o ma-ni- festé-tur  
 mi- chi.  Ut confí-sus fi-du-ci- á- li-ter annúnci- em  
 re-ve- la-ti- ó- nem sanctó-rum servó- rum tu- ó-  
 rum. †Pres- ta.

7555.

 7555a.



In inventione sancti Stephani prothomartyris.

XV. Glória. 94\*. †Presta ut.

**I** In iij. nocturno.

AS:475; 1520-S:62r; 1531-S:99v.<sup>68</sup>

7. Ant. VII.i. 3248.

N je-jú- ni- is \* et o-ra-ti ó-ni-bus con-stí- tu-o  
appá- ru- it í-te-rum sanctus Gamá- li- el Lu-ci- á-no pres-  
bý-te-ro et dix-it, Qua- re dissimu-lásti fra- ter et non  
re- tu-lís-ti que dicta sunt ti-bi Jo-hán- ni e- píscopo ?


Ps. Exultáte justi. (xxxij.) [165].

AS:475; 1520-S:62r; 1531-S:99v.<sup>69</sup>


8. Ant. VIII.i. 3951.

Onne \* vi-des quanta sit sícci-tas et tri-bu-lá- ti-

In inventione sancti Stephani prothomartyris.



o in to-to mundo : et tu negli-génter a-gis.




*Ps. Benedícam. (xxxij.) [166].*

AS:475; 1520-S:62r; 1531-S:99v.<sup>70</sup>


9. Ant. I.v. 5071.




Ur-ge \* er- go et va-de et dic Jo-hánni e-píscó-



po ut a-pé-ri- at no-bis et fá-ci- at lo-cum o-ra-ti- ó- nis :



ut per nostram intercessi- onem mi-se-re- á-tur Dó-mi-



nus pó- pu-lo su-o. *Ps. Deus venérunt gentes. (lxxvij.) [254].*

*V. Justórum ánime [in manu Dei sunt].<sup>71</sup> 426.*

*Lectio vij.*

**P**ergens ergo supradíctus prés-  
byter ad acérvum : fódiens  
nichil<sup>72</sup> invénit. Convértit autem se  
ad monuméntum ubi monácho

apparúerat : et fódiens invénit tres  
thecas, juxta quod<sup>73</sup> apparúerat illi  
secúndum typum calathórum.  
Invénit ígitur altis líteris scriptum<sup>74</sup>

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

lápiderem obrútum habéntem ita. Céiel quod interpretátur Stéphanus Dei, et Nardam, quod interpretátur Nichodémus, et Gamáiel. Statímq[ue] renunciávit epíscopo : cura esset in Lidda, qui est Dyóspolis in sinódo agens. Assúmptis ígitur secum Jo-hánnes epíscopus, áliis duóbus epíscopis Euthérnio de Sebáste, et Eleuthério de Hiérico : cum cleri-

córum sanctíssimo comitátu venit ad locum. Qui cum aperuíssent dómini Stéphani thecam, statim terremótus factus est magnus, et tanta suávitás et fragrántia odoris inde egréssa est : quantam nullus hóminum méminit se audísse vel sensísse, ita ut putárent se in amenítate paradísi pósitos. Tu autem.

AS:475; 1520-S:62r; 1531-S:99v.<sup>75</sup>

7612. 7. Resp.

VII.



Anctus \* Gamá- li- el in vi- su dix- it

Lu-ci- á- no, di-li-génter a-nimadvér- te

que di- co, et sta- tim de-pó-su- it co-ram e- o

tres cá- lathos áure- os. †Et quar- tus ar-gén-

7612a.

te-us ple- nus e- rat cro-co. ¶ U- nus ex tri- bus

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

cá-lathis ru-béntes ha-bé-bat ro-sas tanquam sanguinem :  
 á- li- i ve-ro du-o re-férti e-rant ro-sis al- bis.  
 †Et quar- tus.

*Lectio viij.*

**A**Ultitudo populi áderat inter quos et plúrimi váriis languóribus deténti. In ipsa hora de ipso odore suavitatis septuaginta tres áimas curáte sunt a divérsis infirmitáibus. Et osculántes beáti Stéphani preciosas relíquias, thecam clausérunt : sicque ad propria cum gáudio revérsi sunt. Post paucos enim dies corpus sancti Stéphani in Syon ad ecclésiam ubi dyáconus fúerat ordinátus, sexto kaléndas Januárii cum hymnis et láudibus detulérunt. Tunc témporis cum prolíxe siccitatis imménsitas esset : sufficiens supérna

pietate plúvia descéndit, que sitiéntem lárgius terram madefáciens irrigávit. Quod méritis beáti Stéphani nullus ámbigat periclitánti pôpulo fuísse concéssum. Hanc revelatióne Avítus presbyter homo Hispánus génere : in Latínum elóquium vertit : et per Orósium presbýterum occidentálibus dedit. Qui étiam Orósius ad loca sancta pervéniens, quo eum Augustínus ad Hierónymum pro discénda ánime ratíone míserat : relíquias beáti Stéphani accépit, reversúsque in pátriam primum íntulit occidentálibus. Tu autem.

AS:476; 1520-S:62v; 1531-S:99v.

8. Resp.

VIII.



I- des \* o fra-ter Lu-ci- á-ne      hos cá- la-

7868.

In inventione sancti Stephani prothomartyris.

thos, hic ro-sas ha-bens pulchér- rimas ló- cu-lus est pre-  
 ci- ó-si már- ty- ris Stépha- ni. †Qui so- lus ex no- bis  
 7868a.  
 marty- ri- o mé-ru- it co-ro- ná- ri. *XV. Introgrés-*  
 sus ósti- um se-púl-chri : invé-ni- es e-um in  
 parte o- ri- entá- li. †Qui so- lus.

*Lectio ix.*

**H**i ad declaranda mérita dilécti mártiris sui, innúmera miracula Dóminus dignátur operári ad laudem et glóriam nóminis sui. Quorum testis est et descriptor supradictus Augustínus Hypponén sis epíscopus : in libris quos de civitáte Dei conscrípsit. Neque enim non potest jam cum Deo pósitus, jam in celis glória et honóre coronátus, sanctus martyr virtutes operári : de quo adhuc in carne corruptíbili pósito Lucas testáatur. Stéphanus inquit plenus

grátia et fortitúdine : faciébat prodígia et signa magna in pópulo. Imitémur ergo in áliquo, fratres dilectíssimi, [100r.] tanti magístri fidem : tam preclári mártiris charitátem. Diligámus nos hoc ánimo in ecclésia fratres nostros : quo ille suos diléxit inimícos. Qui cum a Judéis saxórum grándine cederétur : non solum non comminabátur, sed ínsuper lapidatóribus suis véniam precabátur. Pópositis enim génibus orábat dicens, Dómine ne státuas illis hoc peccátum.

Illi lapidabant : ille orábat. Illi eum furióse persequebántur : ille placátus Christum sequebátur. Illi malícia cecabántur : ille apértis celis viso Dei Fílio patientia illustrabátur. Illi lápides mittébant : ille orationes premittébat dicens, Dómine : ne státuas illis hoc peccátum. Tanquam

díceret, Dómine si istos modo occíderis inimicos, quos póstea fácies amícos ? Ego mórior in carne : ne isti péréant in mente. Imitémur ergo fratres sancti mártiris caritátem : ut cum ipso etérnam mereámur claritátem. Tu autem Dómine.

AS:476; 1520-S:63r; 1531-S:100r.<sup>76</sup>

9. Resp. I.

7613.

Anctus \* Jo-hán-nes e- pís- copus lachrymá-  
tus pre-gáudi- o be-ne- díx- it De- um et dix-  
it ad Lu-ci- á- num presbý- te-rum, Opórtet me in-  
de transfér- re be- á-tum protho-már- ty-rum Sté-  
pha- num. †Qui tanquam án- ge-lus appá-ru- it pó- si-

In invention sancti Stephani prothomartyre.

tus. ‡In con- ci- óne hó- mi- num.

7613za. *V.* Qui primus a-pud Ju-dé-os Dómi-ni-ca bel-la per-

é- git : et Je- sum a dextris virtú-tis De- i stan-tem vi-dé-

re pro- mé-ru- it. †Qui. *V.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-

li- o : et Spi-ri- tu- i Sanc-to. ‡In.

8112. *V.* Justi autem in perpétuum [vivent].<sup>77</sup>  
[*R.* Et apud Dóminum est merces eórum.]<sup>78</sup>

¶ *In laudibus.*

AS:477; 1520-S:63v; 1531-S:100r.<sup>79</sup>


1. Ant.  
II.i.

4603.  Egrés- sus \* Lu-ci- á-nus présby-ter a sancto


In invention sancti Stephani prothomartyre.



Jo-hánne e-písco-po jussit ut consúrge-rent ómnes



di-lú-cu-lo et fóde-rent in a-cérvo il-lo u-bi pu-tá-



bant es-se córpo-ra sanctó-rum. Ps. Dóminus regnavit.

(xcij.) [45].

AS:477; 1520-S:63v; 1531-S:100r.<sup>80</sup>


2. Ant.

III.ii.




1460.

Ppá-ru- it \*sanctus Gamá- li- el cu- í-dam mo-




nácho nó-mi-ne Mi-gé-si- o inno-cénti et símpli- ci



vi-ro di- cens ad e-um : Va-de et dic Lu-ci- á-no, in va-



num la-bó-rat in a-cérvo il- lo : non i-bi sumus modo.



Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].

In invention sancti Stephani prothomartyre.

AS:477; 1520-S:63v; 1531-S:100r.<sup>81</sup>

3. Ant.  
IV.i.

3159.



- bi \* o-lim pó-si-ti fú- imus ex-equi- á-rum tém-



po-re planctus, nunc que-re nos in il-lo lo-co qui dí-ci-tur



bonó-rum vi-ró- rum pos-sés-si- o. *Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].*

AS:478; 1520-S:63v; 1531-S:100r.<sup>82</sup>

4. Ant.  
V.i.

1515.



Udi- ens \* ergo Lu-ci- á-nus sa-cérdos verba mo-



náchi Mi-gé-ci- i be-ne-díx-it Dó-mi-num qui- a invén-



tus est et á-li- us tes-tis in re-ve-la-ti- ó- ne sanctó-rum.



*Ps. Benedícite ómnia. (Daniel iij.) [48].*

In invention sancti Stephani prothomartyre.

AS:478; 1520-S:64r; 1531-S:100r.<sup>83</sup>

5. Ant.

VI.



2459.

Um invéntum \* esset sacra-tíssimum be- á-ti Sté-  
 pha-ni corpus sta-tim terremó- tus factus est magnus : at-  
 que omnes qui á-de-rant o-dor perfú-dit su- a- víssimus.

*Ps. Laudáte. (cxlvij.) [49].*

*Capitulum. Justórum áime. in communi. [790].*

*Hymnus. Rex glorióse mártymrum. in communi. [771].*

*V. Mirábilis Deus [in sanctis suis.]*

8141.

*R. Et gloriósus in majestáte sua].<sup>84</sup>*

AS:478; 1520-S:64r; 1531-S:100r.<sup>85</sup>

Ant.

VII.i.



2745.

X o-dó-ris \* mi-ra fragránti- a, sá-ni-tas egró- tis  
 ema-ná-vit máx-ima : sep-tu- a-gínta namque et tres tunc a

In invention sancti Stephani prothomartyre.

---

The musical notation consists of three staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below the staves:

vá-ri- is languó- ri-bus cu-rá- ti sunt hómi-nes in inven-ti-  
ónе córpo-ris Stépha-ni di-lectíssi-mi márt-y-ris  
De- um glo- ri-fi-cán tes. Ps. Benedíctus. 65\*.

*Oratio. Deus qui es sanctórum.<sup>86</sup> {953}.*

¶ *Ad j.*

*Ant. Regréssus Luciánus. j. de laudibus.<sup>87</sup> {972}.*

[*Psalmi . . .*]<sup>88</sup>

*Ps. Deus in nómine. (lij.) [95].*

*Ant. Te jure. [99].*

*Ps. Quicúnque. [100].*

¶ *Ad iij.*

*Ant. Appáruit. ij. de laudibus. {973}.*

*Ps. Legem pone. (cxviij. 33.) [132].*

*Capitula R̄ et X̄ de communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicantur.*  
[780].

¶ *Ad vj.*

*Ant. Ibi olim. iij. de laudibus. {974}.*

*Ps. Defécit. (cxviij. 81.) [141].*

¶ *Ad ix.*

*Ant.* *Dum invéntum. v. de laudibus.* {975}.

*Ps.* *Mirábilia.* (*cxvij. 129.*) [150].

¶ *Ad secundas vesperas.*

*Ant.* *Regréssus Luciánus. j. de laudibus.* {972}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* *Justórum ámine. in communi.* [790].

*Hymnus.* *Rex glorióse mártirum. in communi.* [772].

*V.* *Mirábilis Deus.* {975}.


AS:478; 1520-S:64v; 1531-S:100r.<sup>89</sup>

Ant.  
VIII.i.

3118.

O-di- e \* sanctus Jo-hánnes pón-ti-fex cum máx-i-  
mo cle-ro ple-bísque tri- pú-di- o pre-ci- ó-sas prothomár-  
ty-ris Stépha-ni re- líqui- as in sanctam tránstu- lit ec-  
clé-si- am Sy-on, u- bi quondam archi-di- á-co-ni func-  
tus est offi- ci- o: cu- jus pi- a a-pud De- um sit pro no- bis

## In invention sancti Stephani prothomartyre.



qué-su-mus inter-céssi- o. Ps. Magníficat. 69\*.

*Oratio.* Deus qui es. {953}.

## ¶ *Sancti Oswaldi regis et martyris.*

(v. Augusti.)

*Oratio.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus,  
qui hujus diéi jocundam  
sanctamque<sup>90</sup> leticiam, in sancti servi  
tui Oswaldi passione consecrasti : da  
cordibus nostris tui timoris carita-

tisque augmentum, ut cujus in terris  
sancti sanguinis effusionem cele-  
bramus, illius in celo collata  
patrocinia sentiamus. Per Dominum  
noscum.

¶ *Ad matutinas tres lectiones fiant. Invitatorium duplex.*

*Lectio i. (Beda in Hystor. Anglorum, libro iij.<sup>91</sup> capi. ix. et x.)*

**E**gnavit Oswaldus<sup>92</sup> rex  
Christianissimus Northan-  
hymbrorum novem annis :  
quo completo annorum curriculo,  
occisus est, commisso gravi prelio a  
pagana gente, paganoque rege  
Merciorum, a quo et predecessor ejus  
Edwinus peremptus fuerat, in loco  
qui lingua Anglorum nuncupatur  
Maserfeld, anno etatis suas tricesimo  
octavo, die quinto mensis Augusti.  
Cujus quanta fides in Deum, et que  
devotio mentis fuerit : etiam post  
mortem virtutum miraculis clauit.  
Namque in loco ubi pro patria  
damicans, a paganis interfactus est :

usque hodie sanitates infirmorum, et  
hominum et pecorum celebrari non  
desinunt. Unde contigit, ut pulvrem  
ipsum ubi corpus ejus in terram  
corruerit multi auferentes, et in aquam [100v.]  
mittentes : suis per hec infirmis  
multum commodi affarent. Qui  
videlicet mos adeo increvit : ut  
paulatim exinde ablata terra, fossam  
ad mensuram statuere virilis altam  
reddiderit. Nec mirandum in loco  
mortis illius infirmos sanari : qui  
semper dum viveret, infirmis et  
pauperibus consulere et elemosynas  
dare, ac opem ferre non cessabat.

*Lectio ij.*

**E**T multa quidem in loco illo vel  
de pulvere loci illius, facta  
virtutum miracula narrantur. Sed nos  
duo tantum que a majoribus audí-

vimus : referre satis duximus. Non  
multo post interfectionem ejus exacto  
tempore contigit, ut quidam equo  
sedens iter juxta locum illum ageret :

*Ps.* Cum invocárem. (*ijj.*) et ceteri psalmi consueti. [362].

*Capitulum.* Tu in nobis. [364].

*Hymnus.* Alma chorus. {1049}.

*X.* Custódi nos. [367].

*Ant.* O Rex glorióse. {1051}.

*X.* Nunc dimítis. [367].

*Hoc completorium non mutatur per totam octavam quando de octava fit servitium.*

## ¶ Tertia die, de sanctificatione nominis Jesu.

(ix. Augusti.)

*V.* Bénedic áнима mea Dómino. {1081}.

*Lectio j.* Nostra rursum. {1098}.

*R.* In sémita. {1062}.

*R.* Obsécro autem vos. {1064}.

*R.* Jesu Nazarénus. {1065}.

*Ant.* Dirupísti. {1040}.

*Ps.* Benedíctus. 56\*.

## ¶ Memoria de sancto Romano.

*Ad Vespertas de sancto Laurentio, memoria de octavis solenniter : etiam ubi ecclesia de sancto Laurentio fuerit dedicata : ad utrasque vespertas et ad matutinas cum antiphona Illuc ascendérunt. {1040}. Versus et oratio ut supra. {1047}.*

## ¶ Quarta die, de sancto Laurentio.

(x. Augusti.)

*Memoria de octavis, ant. In conspéctu. {1041}.*

*Secunde vespere erunt de sancto Laurentio : et memoria de octavis, et post eam de sancto Tyburtio, ant. Inclitus martyr.<sup>236</sup> {1125}. Et si dominica fuerit tunc postea memoria de dominica et de Trinitate, et processio, in redeundo de sancta Maria : nisi hic differatur una dominica.*

## ¶ Quinta die, de descriptione nominis Jesu.

(xj. Augusti.)

*V.* Non nobis. {1082}.

*Lectio j.* Gáudia festi. {1127}.

*R.* Ecce concípies. {1068}.

*R.* Cum appropinquáret. {1070}.

*R.* Hec autem. {1071}.

*Ant.* Omnis enim. {1040}.

*Ps.* Benedíctus. 54\*.

*Memoria de sancto Tiburtio.*

*Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant.* Lauréntius ingréssus. *require in laudibus.* {1121}.

*V.* Dispérſit dedit. {1100}.

*Oratio ut supra.* {1123}.

### *Ad vesperas de octavis.*

*Ant.* Dirupisti. {1040}.

*Ps.* Magníficat. 58\*.

*Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant.* Puer meus. {1100}. *Require ad primas vespertas super psalmos.*

*Versus et oratio ut supra.* {1100}, {1123}.

## ¶ *Sexta die de octavis.*

(xij. Augusti.)

*V.* et *Responsoria de primo nocturno.* {1055}.

*Lectio j.* Avida mens. {1129}.

*Ant.* Illuc ascendérunt. {1040}.

*Ps.* Benedíctus. 59\*.

*Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant.* In craticula. {1123}. *require in prima die super ps.* Benedíctus. 52\*.

*Versus et oratio ut supra.* {1100}, {1123}.

### *Ad vesperas de sancto Ypolito sociisque ejus.*

*Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant.* Veni desiderator. *require in prima die ad secundas vespertas.* {1124}.

*Versus et oratio ut supra.* {1100}, {1123}.

**¶ Septima die, de sancto Ypolito  
sociisque ejus.**

(xiiij. Augusti.)

*Novem lectiones fiant, tres prime lectiones de communi plurimorum martyrum, medie lectiones de octavis Jesu et non de sancto Laurentio ut patet : quando festum sanctorum Johannis et Pauli infra octavas Corporis Christi evenerit. Tres ultima lectiones de proprietate sanctorum cum propriis laudibus : et memoria de nomine Jesu.*

*Ant. A solis. {1039}.*

*Versus et oratio ut supra. {1047}.*

*Memoria tantum de sancto Laurentio.*

[108r.]

*Ant. Lauréntius bonum. require in prima die in laudibus. {1121}.*

*Vespere erunt de octavis.*

## ¶ In octava die.

(xiv. Augusti.)

### Ad primas vespertas.

*Super psalmos antiphona A solis. {1039}.*

*Cetera omnia sicut in prima die. {1039}.*

*Memoria de sancto Ypolito.*

*Ant. Abstérget. [782].*

*Memoria de sancto Eusebio et memoria de sancto Laurentio.*

*Ant. Adhésit áнима mea. {1121}.*

*Si autem hec octava in dominica contigerit tunc post memoriam de sancto Laurentio  
fiat memoria de dominica et de Trinitate : et processio ante crucem.*

*In redeundo de sancta Maria.*

## ¶ Ad matutinas.

*Invitorium triplex, hymnus, antiphone, psalmi, ¶. et vj. Rx. sicut in prima die.  
{1051}.*

*Lectio j. Confiténtibus. {1155}.*

*Medie lectiones de sancto Eusebio. {1157}.*

*Rx. Euge serve. [804].*

*Rx. Justus germinábit. [692].*

*Rx. Jurávit. [806].*

*Evangelium secundum Lucam. In illo témpore. Postquam consummáti sunt.  
{1158}.*

*Omelia de diversis tractatibus. Neque enim quérere. {1158}.*

## In laudibus.

*Omnes antiphone dicuntur, &c. omnia sicut in prima die. {1073}.*

*Memoria de sancto Eusebio.*

*Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant.* Misit Dóminus. *require in laudibus.* {1122}.

*Memoria de dominica et de Trinitate, si contingat.*

*Ad vesperas de assumptione.*

*Memoria solenniter de octava.*

*Ant.* Exúrgens autem. {1083}.

*V.* Omnis terra. {1083}.

*Oratio.* Deus qui gloriosíssimum. {1047}.

*Memoria de dominica et de Trinitate sub silentio si contingat sed nulla memoria de sancto Laurentio.*

¶ *Si dies dominicus infra octavas contigerit et vacaverit a festo sancti Laurentii : et festo sanctorum Ipoliti sociorumque ejus.*

*Ad vesperas.*

*Ant.* Vocátum [est].<sup>237</sup> {1072}. *psalmi qui ad primas vesperas, cetera omnia sicut in prima die preter R̄. quod non dicetur.*

*Memoria de sancto ibi varie contingente, si occurrat.*

*Memoria de dominica et de Trinitate, et processio ante crucem.*

*In redeundo de sancta Maria.*

¶ *Ad matutinas.*

*Omnia fiant sicut in prima die preter vj. lectionem. Tres ultime lectiones de expositione Evangelii, sicut in prima die. {1067}.*

¶ *In laudibus.*

*Una sola antiphona, memoria de sancto : de dominica : et de Trinitate.*

¶ *Ad primam et ad alias horas.*

*Omnia fiant sicut infra octavas. {1089}.*

## I Secunda die.

### *De constitutione nominis Jesu.*

#### *Lectio prima.*

 Uem non<sup>238</sup> libet<sup>239</sup> de consolatiōnis plenitūdine sacri nōminis Jesu diūtius contemplando immorāri ? Videāmus igitur de incomprehensibili hujus sacratissimi nōminis institutiōne, quibus nempe lītteris integrātur : et fortassis non vidēbitur inūtile nec dēerit devótis venerabile sacramētum. Duábus ex sýllabis Jesus conficitur : paucis tamen lītteris syllábē constituúntur. Sed quid in hac littérarum série charíssime queris ? Audi. Si enim ut ait Salvátor omnes capílli vestri numeráti sunt quos natūre ascríbitis, quantómagis līttere sub

número pauco, in quarum adunatiōne tanta cópia plenitúdinis sapiéntie et sciéntie Dei celi et terre et ómnium que in eis sunt, non inútilis conside-ratio putétur ? Glóriam prébuit viro in capíllis, árbori in fóliis, nec est in oblivíone eórum : quantómagis glóriam non dabit nōmini suo in sacri nōminis Jesu lītteris ? In his duábus sýllabis latet totum quod quérimus : quod adhuc nēscimus quid est, usque Jesus fiat ómnia in ómnibus. Opera enim Dei perfécta sunt, nec unum ióta aut unus apex preteríbit donec ómnia fiant : quia ómnia número póndere et mensúra fecit et státuit.

#### *Lectio secunda.*

 Ujus ergo nōminis integratio, cum óperis est Dei : unum ióta non erit ináne. Quare hec ómnia dico ? Quia līttere Hebreórum omnes pene interpretábiles sunt, Grece aut Latíne non sic : neque barbarórum līttere. Sicut nempe divinitatis majestas imménsa dignátur sub exígua carnis massa látere : ita et inúndans sue bónitas dulcéinis, paucis sub lītteris signári ad nostrum gáudium, méritum

et prémium. Sacrum fratres audíte mistérium. Nostris mentis áuribus résonet hoc nomen Jesus benedictum, quod apud Hébreos tribus lītteris comprehénditur cum título, princípium vite, exémplum<sup>240</sup> conclusiōne, et princípium est conclusio. Iste princípium in die virtutis Dei in splendóribus sanctórum : ante lucíferum génitus. Iste verbum in princípicio apud Deum. Iste princí-

pium in quo creávit Deus celum et terram : et ómnia que in eis sunt. Iste est qui interrogántibus Judéis quis esset : dixit, Princípium qui et loquor vobis. Iste est conclúsio et finis apud eos in quos fines seculórum devenérunt : cum verbum Dei

princípium sit caro finis hóminum [108v.] factum. Iste caput et finis, qui ómnia morte conclúsit : cum díixerat, Consummátum est. Bene hinc ait Zacharías prophéta, In diébus illis : erit Dóminus unus, et nomen ejus verum.

*Lectio iij.*

**L**iquet ex dictis Salvatórem esse Jésum primum et novíssimum : primum in créatiōne, novíssimum in redemptiōne. Primum in benefaciéndo : novíssimum in retribuéndo. Et hoc quid est, nisi ut véritas vocis signáti certitúdinem índicet ? Si Jacob post luctáminis nexus hoc solénne nomen Israel méruit sibi impóni, tribus conféctum ex syllábis, vir videns Deum interpretántibus, sub figuráto velámine Christum Jésum futúram significántibus : multo magis duábus in Christi Jésu nómine

signátur místicum léticie sacraméntum. Admirémur eum cujus sapiéntie non est númerus, cujus magnitúdinis non est finis, ut soli políque unam fáceret rempúblicam, duábus sýllabis paucísque connéxis lítteris vóluit innotésci : ex voluntáte ac potestáte dignánte sua bonitáte. Quare Jésum si bene scis, satis est si cétera nescis. Nam hoc est nescíre : sine Christo plúrima scire. Apóstolum audi, Nichil me judicávi scire inter vos : nisi Jésum Christum et hunc crucifixum.

**C** Memoria de sanctis martyribus<sup>241</sup> require post festum sancti Ypoliti cum sociis.  
{1147}.

## ¶ Tertia die de sanctificatione nomini Jesu.

### Lectio j.

**I**n Ostra rursum réplicat gáudia ista festívitas sancta : ut cuius ánimus minus refocil-labátur in beáti nóminis Jesu integratióne, jam ádipe et pinguédine sanctificatiónis ejúsdem repleáatur ánima ejus, et lábiis exultatiónis laudet nomen Dómini sanctum. Ipsa namque felix nóminis interpretatio sic nos in eo sanctíficat ut digníssima laude super ómnia sanctificétur in nobis. Jesus vere salus interpretátur. Et mérito : quia Dómini est salus et

super pópulum suum benedictio ejus. Cujus ejus ? Ejus dico, qui operátus est salútem in médio terre, qui exténdit invitántes manus suas ad retribuéndum : ut veniéntes cum exultatióne portántes manípulos justície ab oriénte et occidénte, recúmberent cum Abraham, Isaac et Jacob in regno Patris. Nam quantum distat ortus ab occidénte : longe fecit a nobis iniquitatés nostras miséritus nostri. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>242</sup>

### Lectio secunda.

**I**ste est verbum quod misit Deus : Et sanávit omnes de interitióibus suis. Sic nobis est salus, ut suo actu beáto páriter sit nostri téminus dolórís : et per deitátem in glória téminus felicitatis etérne. Caveámus igitur charíssimi : ne sibi degéneres simus. Nempe sicut per bonos glori-ficátur : ita et per malos ad ejus opprórium et contémptum blasphemátur justus Deus Jesus noster.<sup>243</sup> Sanctificémus illum in nobis : ut et ille nos sanctíficet in se. Qui non sanctíficat Jesum : non sanctificábitur ab eo. Sanctificámus Jesum in nobis,

quando sciéntes eum sanctum timémus eum : et sollícite vigilámus ne forte violémus sanctitátem nóminis ejus per ópera mala. Sicut qui veste fúlgida véstitur fugit sordes ne coínquinet eam : sic qui in corde súscipit Jesum, sollícitus esse debet ne contáminet eum. Lucis profécto ad ténebras non est convéntio : nec Jesu Christi ad Bélial. Scias ergo si contaminátus fúerit in nobis ille qui sui in natúra incontaminábilis est : injúriam istam nostro vindicábit intéritu.

*Lectio tertia.*

**S**Pirat ópera salútis et exércet. Jesus interpretátur salutáris : nec sine mérito. Clamémus proínde sínguli, Convérte nos Deus salutáris noster, et avérte iram tuam a nobis. Si vero sánguis hircórum aut taurórum, et cinis vítule aspérsus inquinátos sanctificábatur ad emundatióne carnis peccatrícis, quantómagis sánguis Christi quem pro nobis effúdit abúnde, qui et per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo Patri, emundábit sanctificabítque consciéntiam nostram ad

serviéndum Deo vivénti, ut digne famulémur ei : et re promissióne accípiant, qui vocáti sunt hereditátis etérne ? Non enim sonat sanctus nisi sánguine tinctus. Sánguine Jesu tín geris : ut salutáris sit tibi Jesus. Orémus ígitur fratres assídue ad Jesum ut suam nobis infúndat grátiam : per quam perveniámus ad interminábilem [109r.] felicitátem, que salutáris appellátur. Dicámus ergo, Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam : et salutáre tuum da nobis.

**C** Memoria de sancto Romano martyre cum hac oratione.

*Oratio.*

**R**esta quésumus omnípotens Deus : ut qui beáti Románi mártiryris tui natalícia cólimus, inter-

cessióne ejus in tui nóminis amóre roborémur. Per.

Sancti Laurentii martyre.

## I Quarta die, de sancto Laurentio martyre.

*Cum memoria de octavis tam ad vesperas quam ad matutinas et missam.*

*Ad primas vesperas.*

*Super Psalmos Antiphona.*

AS:479; 1520-S:81v; 1531-S:109r.

4411\*. Ant. VIII.i.

The musical notation consists of four lines of square neumes on a four-line staff. A large initial letter 'U' is decorated with floral patterns. The lyrics are written below the staff.

U-er me-us \* no- li ti-mé-re qui- a e-go sum  
te-cum : transi- é-ris per ignem flamma non no-cé-bit te.

S.A.E.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum. 2. Corinth. ix. (6.)*

**Q**Ui parce séminat, parce et | benedictiōibus de benedictiōibus et  
metet : et qui séminat in | metet.

*R.* Beátus Lauréntius [dixit ego me óbtuli].<sup>244</sup> *infra vj.* [de matutinas].<sup>245</sup> {III4}.

*Hymnus.* Martyr Dei qui únicum. *in communi.* [681].

8019. *V.* Dispérſit dedit paupéribus.

*R.* Justícia ejus manet in séculum séculi.

AS:479; 1520-S:81v; 1531-S:109r.

1642. Ant. VIII.i.

The musical notation consists of four lines of square neumes on a four-line staff. A large initial letter 'E' is decorated with floral patterns. The lyrics are written below the staff.

E-á-tus \* Laurén-ti- us dum in cra-tí-cu-la supra-

Sancti Laurentii martyre.

The musical notation consists of four staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below the staves:

pó-si-tus u-re-ré-tur : ad impi- íssimum ty- ránum dix-it,  
Affá-tum est jam versa et mandú-ca, nam fa-cultá-tes ec-  
clé-si- e quas re-quí-ris in ce-lés-tes the-sáuros ma-nus  
páupe-rum deporta-vé-runt. *Ps. Magníficat. 69\*.*

*Oratio.*

**P**Resta<sup>246</sup> quésumus omnípotens  
Deus, ut triúmphum beáti  
Lauréntii mártiris tui quem despéctis  
ígnibus consummávit in terris :

perpétua celórum luce conspícum,  
digno fidei fervóre venerémur. Per  
[Dóminum].<sup>247</sup>

¶ *Memoria de octavis Jesu.*

*Tunc eat processio ad altare ejusdem si habeatur cantando R. Méruit esse. {1119}. [ix.  
de matutinas]<sup>248</sup> V. Glória et honóre. [687].*

*Oratio.* Da nobis quésumus omnípotens Deus.<sup>249</sup> *Require in die [eiusdem]<sup>250</sup> ad  
matutinas. {1123}.*

*In redeundo dicatur antiphona de sancta Maria.*

Sancti Laurentii martyre.

¶ *Ad matutinas.*

AS:479; 1520-S:82r; 1531-S:109r.<sup>251</sup>

1148. Invit. I.

R E-gem sempí- té-num pro-nis mén-ti-bus a-  
do- ré-mus. †Qui már-ty-rem su-um dig-ne pro mé- ri-  
tis co-ro-ná- vit Laurén- ti- um. Ps. Ve-ní-te. 4\*.

*Hymnus. Martyr Dei qui. in communi. [682].*

¶ *In j. nocturno.*

AS:480; 1520-S:82r; 1531-S:109r.

4556. 1. Ant. VII.vi.

Uo progré-de-ris \* si-ne fí-li- o pa-ter, quo sa-cérdos  
sancte si-ne mi-nístro própe-ras. Ps. Beátus vir. (j.) [12].

4556a.


X. Be- á-tus Laurénti- us dix-it.

Sancti Laurentii martyre.

AS:480; 1520-S:82r; 1531-S:109r.<sup>252</sup>

2. Ant.

VIII.i.




3892.


O-li \* me de-re-linqué-re pa-ter sancte : qui- a



the-sáuros tu-os jam expéndi quos tra-di-dís-ti michi.



*Ps. Quare fremuérunt. (ij.) [12].*



3892a.

¶ Quid in me ergo displí-cu- it pa-terni-tá-ti tu- e ?

AS:480; 1520-S:82r; 1531-S:109r.<sup>253</sup>

3. Ant.

VIII.i.




3908.

On e-go \* te dé-se-ro fi-li neque de-re-línquo :




sed ma-jó-ra ti-bi de-béntur pro fi-de Chris-ti certámi-na.



*Ps. Dómine quid multiplicáti. (iji.) [13].*

Sancti Laurentii martyre.

3908a.



*V. Be- á-tus Sixtus dix-it.*

*Versus. Glória et honóre coronásti [eum Dómine].<sup>254</sup> [687].*

*Lectio prima.<sup>255</sup>*

**L**Ost passiónem beati Sixti  
mílites tenuérunt beátum  
Lauréntium : et tradidérunt  
eum Parthéniō tribúno. Et Parthé-  
mius tribúnus : suggéssit de eo Décio  
imperatóri. Tunc Décius gávísus est  
valde : et fecit sibi beátum Lauréntium  
presentári. Quem ita aggréssus  
est dicens, Ubi sunt thesáuri ecclésie,  
quos apud te cognóscimus esse  
recónditos ? Beátus Lauréntius non

respóndit ei ullum verbum. Et  
trádidit eum Décius Valeriáno  
prefécto dicens, Exquíre thesáuros  
diligénter : et sacríficet diis. Quod si  
nolúerit : divérsis eum torméntis  
interfce. Et Valeriánus dedit eum in  
custódiam cuídam vicário nómine  
Ipólito. Beátus Lauréntius in custó-  
dia Ipóliti pósitus, ponébat manus  
super óculos cecórum : et  
illuminabántur.

AS:480; 1520-S:82v; 1531-S:109r.<sup>256</sup>

7089.




1. Resp.

II.



Sancti Laurentii martyre.



7089b.

de- dit pau- pé-ri- bus. *XV.* Cum a-pud se- dem glo-ri- o-  
síssimi pa-tri- árche dy- a-co-ná-tus funge-ré-tur offi-  
ci- o, pu-ri-tá-te inno-céntis vi-te, fortissiméque mor-  
tis tri- úmpho, a-postó-li-co se consórti- o copu-  
lá- vit. †Et the-sáuros.

*Alius versus per ebdomadam [quando fient medie lectiones de S. Laurentio].*<sup>257</sup>



7089a.

*XV.* Dispér- sit de-dit paupé-ri- bus : justí-ci- a e-jus ma-  
net in sé-cu- lum sé- cu- li. †Et the-sáuros.

*Lectio secunda.*

**I**Idens hoc Ipólitus dixit ad eum,  
Osténde michi thesáuros ecclé-  
sie. Respóndit beátus Lauréntius, O  
Ipólite, si credíderis in Deum om-  
nipótentem Dóminum Jesum Chris-

tum : et thesáuros tibi osténdo et  
vitam etérnam promítto. Dicit ad  
eum Ipólitus, Si dictis facta  
compensáveris : fáciam quod hortáris.  
Dixit ei beátus Lauréntius, Audi me,

Sancti Laurentii martyre.

et quod hortor cítius fac : quia ydóla  
muta et surda sunt et vana.  
Tantúmmodo baptizáre. Et more  
ecclesiástico cathesizávit eum. Et  
accépta aqua benedíxit et baptizávit  
eum : sed et de domo ejus, número  
decem et novem. Tunc mandávit  
Valeriánus Ipólito : ut addúceret ad  
palátiūm Lauréntium. Cunque venís-

sent ambo simul : Valeriánus dixit ad  
beátum Lauréntium, Jam depóno  
pertináciam : et thesáuros ecclésie  
manifésta. Beátus Lauréntius dixit,  
Da michi indúcias bídui vel trídui : et  
próferam tibi thesáuros. Valeriánus [109v.]  
dixit ad Ipólitum, In tua pollicitatióne  
hábeat trídui indúcias.

AS:481; 1520-S:82v; 1531-S:109v.<sup>258</sup>

2. Resp. VIII.

7502.  Uo progré-de-ris \* si-ne fí- li-o pa- ter  
 quo sa-cérdos sanc- te si-ne dy- á-co- no pró- pe- ras.

†Tu nunquam si-ne mi-nístro sacri-fí- ci- um offér-  
 re con- su- é-ve- ras. ¶ Quid in me er-  
 go displí-cu- it pa-terni- tá-ti tu- e : nunquid de-gé-ne-rem

7502a. 

Sancti Laurentii martyre.

me pro-básti expe-rí-re certe utrum i-dóne- um mi-nístrum  
 e-lé-ge- ris : cu- i commi-sís-ti Domí-ni-ci córpo-ris et  
 sángui-nis conse- cra- ti- ó- nem. †Tu nunquam.

*Lectio ij.*

**A**B eódem die collégit beátus Lauréntius cecos, et claudos, et débiles, et páuperes : et abscondit eos in domo Ipóliti. Complétis autem tribus diébus representávit se in palátio Salustiáno. Dixit Décius Cesar beáto Lauréntio : présente Valeriáno prefécto, Ubi sunt thesáuri quos pollícitus es te declaratúrum ? Beátus Lauréntius colléctam multitudinem páuperum indúxit in palátium : et voce clara dixit, Ecce isti sunt thesáuri etérsi, qui nunquam minuúntur. Valeriánus dixit, Sacrifica diis : et oblíviscere artes mágicas in quibus confidis. Tunc beátum

Lauréntium líbera voce contradicéntem, et sacrificia ydolórum recusántem, Décius furóre plenus jussit expoliári, et cum scorpiónibus cedi. Deinde leváto a terra jussit ei omne genus tormentórum exhíberi : et cathénis vinctum in palátium Tybérii duci. Et sedens in basílica Jovis : fecit eum nudum fústibus cedi, et láminis férreis ardéntibus látera ejus adúri. Dehinc plumbátis diutíssime mactári : et exténsum in catástha íterum scorpiónibus cedi. Sed sanctus martyr divína manum dante grátia inflexíbilis manébat : quinétiam hiláris et letus grátias Deo agébat.

Sancti Laurentii martyre.

AS:481; 1520-S:83r; 1531-S:109v.<sup>259</sup>

3. Resp. VIII.

7229. 

O- li me \* de-re-línque-re pa-ter sancte

qui- a the-sáuros tu- os jam ex- pén- di non e- go

te dé-se-ro fi- li ne-que de-re- lín- quo. †Sed


ma- jó-ra ti-bi de-bén-tur pro fi-de Chris- ti

7229a. cer- támí- na. ⁊ Nos qua-si se-nes le-vi- ó-


ris pugne cursum re-cé-pimus te qua-si jú-ve-nem

magnum glo-ri- ó-si- or de ty-ránno tri- úmphas expéc- tat

post trí-du- um me séque- ris sa-cerdó- tem le-ví-



Sancti Laurentii martyre.



ta. †Sed ma- jó-ra.

¶. Glória Patri. 95\*. †Sed.

**I** In secundo nocturno.


AS:482; 1520-S:83v; 1531-S:109v.<sup>260</sup>

4. Ant.

VIII.i.



E-á-tus \* Laurénti- us o-rá-bat di-cens, Dó-mi-ne



Je-su Chris- te De-us de De-o mi-se-ré-re michi servo



tu-o. Ps. Cum invocárem. (iiij.) [13].



¶. Qui- a accu-sá-tus non ne-gá-vi nomen sanctum tu- um :



interro-gá-tus te Christum conféssus sum.

AS:482; 1520-S:83v; 1531-S:109v.<sup>261</sup>

5. Ant.

VIII.i.



E-á-tus \* Laurénti- us dix-it, Me- a nox obscú-

1640.


1640a.

1641.


Sancti Laurentii martyre.




rum non ha- bet: sed ómni- a in lu- ce cla-réscunt.



*Ps. Verba mea. (v.)* [14].



*X. Qui- a ipse Dómi-nus nó-vit : qui- a accu-sá-tus non*




*ne-gá-vi.*


AS:482; 1520-S:84r; 1531-S:109v.<sup>262</sup>

6. Ant.


VII.i.




**I**x-it Romá- nus \* ad be- á- tum Laurénti- um,



*Ví-de-o ante te jú-ve-nem pulchérri- um, festí-na me bap-*




*ti- zá-re. Ps. Dómine Dóminus noster. (vij.)* [17].



*X. Af-fe-rens autem úrce- um cum aqua : mi-sit se ad*

Sancti Laurentii martyre.



pe-des e-jus.

¶ Posuísti Dómine [super caput ejus].<sup>263</sup> [694].

*Lectio iiiij.*

**V**Idens autem Décius non solum non se prevalére mártiri, sed etiam a mártire contémni : furóre replétus et dolóre, de catásta levátum réddidit eum in custódiam Ipóliti, recogitatúrus de innovatióne torménti. Sequénti vero nocte sedens cum Valeriáno in termis Olympiádis, jussit eum sibi offérrri. Quo facto jussit omne genus tormentórum ante tribúnal suum parári. Quibus parátis : ita allóquitur Décius beatum Laurén-

tium : Jam depóne artis mágicas perfidiám : et dic nobis generositátem tuam. Beátus Lauréntius dixit, Quantum ad genus Hispánus sum, a cunábulis Christiánus : in hac urbe nútritus, et lege sancta ac divína erúditus. Décius dixit, Vere non divína, quia nec deos colis, nec torménta times. Beátus Lauréntius dixit, In nómine Dómini mei Jesu Christi torménta tua non tímeo.

AS:483; 1520-S:84r; 1531-S:109v.<sup>264</sup>

4. Resp.

II.



E-á- tus \* Laurén-ti- us clamá- vit et dix- it,

6213.



Sancti Laurentii martyre.

6213a.

tu- a. X. Me- a nox obscú-rum non ha- bet : sed  
ómni- a in lu- ce cla- rés- cunt. †Et í-de-o.

*Lectio v.*

**D**ecius dixit ad beátum Lauréntium, Sacrífica diis : ne nox ista in te expendátur cum supplíciis. Beátus Lauréntius dixit, Mea nox obscúrum non habet : sed ómnia in luce claréscunt. Tunc jussit Décius ut os sancti Lauréntii cum lapídibus cederétur. Quod cum fieret, ipse tamen gratulabátur, et grárias agens confortabátur. Jussit Décius lectum férreum in modum cratícule afférri, et beátum mártym expoliári, et expoliátum in lecto férreo exténdi : precípiens ut sacrificáret diis. Beátus

Lauréntius respóndit, Ego me óbtuli sacrificíum Deo in odórem suavítatis : quia sacrificíum Deo est spíritus contribulátus. Carnífices vero urgén- tes ministrábant carbónes subter cratículam : et désuper cum furcis<sup>265</sup> férreis sanctum corpus imprimébant. Beátus Lauréntius dixit, Disce miser : quia carbónes tui michi refrigérium prestant : tibi autem supplícium etérnum. Ipse enim Dóminus novit quod accusátus non negávi, interro- gátus Christum conféssus sum : assátus grárias ago.

AS:483; 1520-S:84r; 1531-S:110r.<sup>266</sup>

7711. 5. Resp. II.

Trinxé- runt \* córpo-ris mem- bra pó-si-ta in  
cra- tí-cu- la. †Subji-ci- énti- bus pru- nas insúltat

Sancti Laurentii martyre.

le- ví-ta Chris- ti be- á- te Laurénti martyr Chris-  
 ti intercé- de pro- no- bis. *V. Carní- fi-ces*  
 ve-ro urgén-tes mi-nistrá-bant carbó- nes subter cra- tem  
 fér- re- am. *†Subji-ci- énti- bus.*

7711a.

*Lectio vj.*

**F**T dicébat beátus Lauréntius, O  
 insáni et vere infelíces, non  
 recognóscitis quia carbónes vestri non  
 ardórem sed refrigérium michi  
 prestant. Admirabántur omnes super  
 crudelitáte Décii : quod precéperat  
 eum vivum assári. Ille autem hilári  
 vultu dicébat, Grátias tibi ago,  
 Dómine Jesu Christe, quia me  
 confortáre dignátus es. Et elevans  
 óculos ad Décium de cratícula  
 dicébat, Assásti unam partem, gyra et  
 áliam : et quod assátum est mandúca.  
 Tunc agens grátias Deo dixit, Grátias  
 tibi ago, Dómine Jesu Christe : quia  
 jánuas tuas ingrédi mérui, et emísit  
 spíritum. Eadem nocte Décius et

Valeriánus abiérunt exínde pertérriti  
 ad palátium Tybérii : relícto super  
 cratículam et ignem córpore beáti  
 Lauréntii. In primo autem  
 crepusculo rápuit Ipólitus corpus ejus,  
 et invólvit illud líntheis, et condívit  
 aromátibus. Et mandávit factum  
 Justíno presbýtero, quómodo scílicet  
 beátus Lauréntius emisísset<sup>267</sup>  
 spíritum, et quáliter Décius et  
 Valeriánus confúsi exínde exíssent :  
 quod étiam corpus sanctum super  
 cratículam et carbónes reliquíssent.  
 At beátus Justínus présbyter cum  
 Ipólito in plorátu et gémitu multo  
 corpus beáti Lauréntii tulérunt, et in  
 prédiúm matróne vídue Cyriáce via

Sancti Laurentii martyre.

Tyburtína asportavérunt, et facto  
véspera in cripta que erat in agro | Veráno quarto ydus Augústi  
sepeliérunt.

AS:483; 1520-S:84v; 1531-S:110r.<sup>268</sup>

6. Resp. II.

6215.  E-á-tus \* Laurén-ti- us dix- it, Ego me  
óbtu- li sacri-fí-ci- um De- o. †In odó- rem su-a-  
6215b. vi-tá- tis. *XV.* Gáu-de- o  
pla- ne : qui- a hósti- a Chris-ti éffi- ci mé- ru- i.  
†In odó- rem.  
*XV.* Glória. 93\*. †In odórem.


 *In tertio nocturno.*

AS:484; 1520-S:84v; 1531-S:110r.<sup>269</sup>


7. Ant. VII.ii.

5035.  Trinx-é-runt \* córpo-ris membra pó-si-ta su-per cra-


Sancti Laurentii martyre.



tí-cu-lam : mi-nistránti-bus pru-nas insúltat le-ví-ta Chris-ti.




*Ps. In Dómino confido. (x.) [19].*



5035a.

*¶ Carní-fi-ces ve-ro urgéntes mi-nistrá-bant carbónes*



*subter cra-tem férre-am.*

AS:484; 1520-S:84v; 1531-S:110r.<sup>270</sup>

8. Ant.

VIII.i.




3167.



Gne me ex-ami-násti : \* et non est invénta in



me i-níqui-tas. *Ps. Exáudi Dómine justícam. (xvj.) [27].*




3167a.

*¶ Pro-básti Dómi-ne cor me-um : et vi-si-tásti nocte.*

AS:484; 1520-S:85r; 1531-S:110r.<sup>271</sup>

9. Ant.

VII.i.




3381.



N-terro-gá- tus \* te Dómi-num conféssus sum :


{1115}

Sancti Laurentii martyre.




affá- tus grá- ti- as a-go. Ps. Dómine in virtúte. (xx.) [38].

3381a.



X. Grá- ti- as a-go tí-bi Dómi-ne Je-su Christe : qui- a



já-nu- as tu- as íngre-di mé-ru- i.

X. Justus ut palma. [699].

*Secundum Johannem xij. (24-26.) [Lectio vij.]*

**I**N illo tempore, Dixit Jesus discípulis suis, Amen amen dico vobis : nisi granum frumenti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet. Si autem mórtuum fúerit : multum fructum affert. Et réliqua.

*Omelia beati Augustini episcopi.<sup>272</sup>*

**A**gnoscit fides vestra granum quod cécidit in terram, et

mórtuum multiplicátum est. Agnoscit, inquam, hoc granum fides vestra : quia ipsum hábitat in mente vestra. Hoc enim quod de semetípsò díixerat Christus, nullus ámbigit Christiánus. Sed plane illo grano mórtuo et multiplicáto, multa grana sunt sparsa in terra : ex quibus unus est beátus Lauréntius, cuius semi-natióñem hódie celebrámus.

AS:484; 1520-S:85r; 1531-S:110r.<sup>273</sup>

6896.

7. Resp.

IV.



N cra-tí-cu-la \* te De- um non ne- gá- vi,

Sancti Laurentii martyre.

et ad ig- nem ap-pli-cá- tus. †Te Dómi-num Je-sum  
 Chris- tum con- féssus sum. *V.* Accu-sá-tus  
 non ne-gá-vi nomen sanctum tu- um : et in- terro-  
 gá- tus. †Te Dómi-num.

6896b.

*Lectio viij.*

**D**E illis autem granis sparsis toto orbe terrárum, quanta pulluláverit<sup>274</sup> seges vidémus : gaudéntes sumus si tamen et nos per illíus grátiam ad hórreum pertinémus. Neque enim ad hórreum pértinet, quicquid a segéte est. Eadem quippe plúvia útilis et nutritória et tríticum pascit et páleam. Absit ut simul utrúmque in hórreo condátur, quamvis simul utrúmque in agro nutriátur, et simul utrúmque in área

triturétur. Nunc tempus est eligéndi. Antequam véniat ventilátio, fiat morum separátio : sicut in área granum adhuc mundatióne discérnitur, nondum ventilábro último separánte. Audíte, grana sancta, que hic esse non dúbito. Nam si dúbito, granum non ero. Audíte, inquam, me, immo audíte primum granum per me. Non amétis in hoc século ánimas vestras. Qui amat in hoc século ánimag suam perdet eam.

Sancti Laurentii martyre.

AS:485; 1520-S:85r; 1531-S:110r.<sup>275</sup>

8. Resp. VIII.

6763. Au-de-o \* pla-ne qui- a hósti- a Chris- ti  
  
éffi-ci mé-ru- i accu-sá- tus non ne-gá- vi  
[flat sign]  
no-men sanctum tu- um. †Inte-ro- gá-tus te Christum  
confés-sus sum affá- tus grá-ti- as a- go.

6763a. ¶ E-go me óbtu-li sacri-fí- ci- um De- o : in o-  
dó-re su- a-vi-tá- tis. †Inte-ro- gá-tus.

*Lectio nona.*

**G**RANUM lóquitur : quod mórtuum multiplicátur. Lóquitur, audiáatur : quia non méntitur. Quod admónuit : ipse fecit. Instrúxit precépto : precéssit exémplo. Non amávit Christus in hoc século ánimam suam. Non amávit beátus Lauréntius

in hoc século ánimam suam, quia nisi cùperet ad celórum palátia migráre : supplícia et incéndia non toleráret. Nóverat namque victúrum se esse post funus : post ignes refrigéria reper-túrum. Solvebátur namque corpus ejus : et defluébat ardéntibus prunis.

Sancti Laurentii martyre.

Exústum erat in cíneres et favíllas :  
quod de terra erat procreátum.  
Reddébat mísero genitríci partum  
suum : fundébat limóse matri  
vásulum suum. Quod de terra erat :  
terre reddébat. Quod de humo

excréverat : flamma conflabátur.  
Quid ígitur inter hec torménta  
spíritus faciébat ? Ad celum subvo-  
lábat. Non enim póterat ánima igne  
tórqueri : quia in carne non póterat  
superári.

AS:485; 1520-S:85v; 1531-S:110v.<sup>276</sup>


9. Resp.




II.

7147.


E-ru- it \* esse hósti- a Chris- ti le-ví- ta




Lau- rénti- us qui dum as- sa-ré- tur non ne-gá-



vit Dó- mi- num. †Et í-de-o invén- tus est



sacri-fí- ci- um lau- dis. // In cra-tí- cu-la pó-si-tus



De- um non ne-gá- vit : ad ignem appli-cá-tus Chris-



tum confés- sus est. †Et í-de-o.

// Glória. 93\*. †Et.

7147a.

Sancti Laurentii martyre.

*Aliud R̄. per ebdomadam.*

AS:485; 1520-S:85v; 1531-S:110v.

7271. Resp. VIII.  
 Ypó- li-te \* si cre-dí-de-ris      in Dómi-num

7271a. Je-sum Chris- tum. †Et the- sáuros ti-bi ostén-do  
 †Et vi- tam e-tér- nam pro- mít- to.      V. Si dic-  
 tis      inquit facta compénses fá-ci- am quod hortá-ris :  
 cu- i be- á-tus Laurénti- us dix- it : Tu michi tantúmmodo  
 pre- be assén- sum.      †Et the- sáuros.  
 V. Glória. 95\*. †Et vitam.

*Hoc predictum R̄. [O Ypólite.]<sup>277</sup> non dicitur nisi quando in die vj. octavarum dies dominicus evenerit, tunc enim erit vj. responsorium.*

V. Dispérsit dedit paupéribus. {1100}.

Sancti Laurentii martyre.

¶ *In laudibus.*

AS:486; 1520-S:86r; 1531-S:110v.


1. Ant.

I.v.



3598.

Aurénti- us \* ingréssus est martyr : et conféssus est



nomen Dómi-ni Je-su Chris-ti. Ps. Dóminus regnávit. (xcij.)

[45].

AS:486; 1520-S:86r; 1531-S:110v.


2. Ant.

VIII.i.



3597.

Aurénti- us \* bonum opus ope-rá-tus est : qui per



signum cru-cis ce-cos il-lumi-ná-vit. Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].

AS:486; 1520-S:86r; 1531-S:110v.


3. Ant.

VIII.i.



1271.

Dhé-sit á- nima \* me- a post te : qui- a ca-ro me- a



igne cremá-ta est pro te De- us me- us. Ps. Deus Deus meus.  
(lxij.) [47].


Sancti Laurentii martyre.

AS:486; 1520-S:86v; 1531-S:110v.<sup>278</sup>

4. Ant.  
VII.vi.

3784. 

I-sit Dómi-nus \* ánge-lum su- um : et li-be-rá-



vit me de mé-di- o ignis : et non sum estu- á-tus.


*Ps. Benedícite. (Daniel iij.) [48].*

AS:486; 1520-S:86v; 1531-S:110v.

5. Ant.  
VIII.i.

1643. 

E-á-tus \* Laurénti- us o-rá-bat di-cens, Grá- ti- as



ti-bi a-go Dómi-ne, qui- a já-nu- as tu- as ingré-di mé-ru- i.

*Ps. Laudáte. (cxlviij.) [49].*

*Capitulum.* Qui parce séminat. [*ut in primis vespereis*].<sup>279</sup> {1100}.

*Hymnus.* Deus tuórum mílitum. [712].

*X.* Justus germinábit. [723].

Sancti Laurentii martyre.

AS:487; 1520-S:86v; 1531-S:110v.<sup>280</sup>

Ant. I.vi. 3216.

N cra-tí-cu-la \* te De-um non ne-gá-vi, et ad ignem appli-cá-tus te Christum conféssus sum, pro-básti cor me-um et vi-si-tás-ti nocte, igne me ex-amí-násti : et non est invénta in me i-níqui-tas. Ps. Benedíctus. 52\*.

*Oratio.*

**D**A nobis quésumus omnípotens Deus, viciórum nostrórum flamas extínguere : qui beáto Lau-

réntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum.

*Memoria de octava Jesu ut supra. {1041}.*

¶ *Ad primam.*

*Ant. Lauréntius. ij. de laudibus. {1121}.*

*Ps. Deus in nómine. (lij.) [95].*

[*Ant. Te jure. [99].*

*Ps. Quicúnque vult.]<sup>281</sup> [100].*

¶ *Ad iij.*

*Ant. Lauréntius bonum. ij. de laudibus. {1121}.*

*Ps. Legem pone. (cxvij. 33.) [132].*

*Capitulum. Qui parce séminat. {1100}.*

Sancti Laurentii martyre.

---

*Responsoria et versus de communi unius martyris ad omnes horas dicuntur. [725].*

¶ *Ad vj.*

*Ant.* Adhésit ánima. *iij. de laudibus.* {1121}.

[*Ps.* Defécit. (*cxvij.*) [141].]<sup>282</sup>

*Capitulum. 2. Corinth. ix. (8.)*

**P**otens est autem<sup>283</sup> Deus omnem grátiam abundáre fácere in vobis, ut in ómmib⁹ semper omnem sufficiéntiam habéntes, abundétis in

omne opus bonum sicut scriptum est, dispérſit dedit paupérib⁹ justicia ejus manet in séculum séculi.

¶ *Ad ix.*

*Ant.* Beátus Lauréntius. *v. 284 de laudibus.* {1122}.

*Ps.* Mirabília. (*cxvij.* 129.) [150].

*Capitulum. 2. Corinth. ix. (10.)*

**Q**ui autem adminíſrat semen seminánti, et panem ad manducandum prestábit : et multiplicábit

semen vestrum et augébit increménta frugum justicie vestre ?

¶ *Ad secundas vespertas.*

*Ant.* Lauréntius ingréſsus. *j. de laudibus.* {1121}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Qui parce séminat. {1100}.

*Hymnus.* Deus tuórum. *in communi.* [714].

*X.* Justus germinábit. [723].

AS:487; 1520-S:87r; 1531-S:110v.

5319.  
Ant.  
II.i.



E-ni de-si-de-rá-tor \* bone ve-ni, suscí-pi- ant te

{1124}

Sancti Laurentii martyre.

ánge-li me- i quó-ni- am afflá-tus non ne-gásti me :  
pro-bá- tus conféssus est me. *Ps. Magníficat. 55\**.

*Oratio ut supra. {1123}.*

*Memoria de octavis Jesu.*

*Deinde memoria de sancto Tiburtio martyre.*

AS:487; 1520-S:87r; 1531-S:110v.<sup>285</sup>

Ant.  
I.v.

Ncly-tus \* martyr Ty-búr- ti- us cum nu-dá-tis  
plan-tis su-per pru-nas ardéntes incé-de-ret Fa-bi-  
á-no pre-fécto dix-it, Vi-dé-tur mi-chi quod su-per ró-  
se-os flo-res incé-dam in nómí-ne Dómi-ni me- i  
Je-su Chris-ti. S.A.E.

3324.

{1125}

Sancti Laurentii martyre.

---

*Versus.* Glória et honóre coronásti [eum Dómine].<sup>286</sup> [687].

*Oratio.*

**B**éati Tybúrtii mártiris tui nos  
fóveant Dómine<sup>287</sup> continuáta  
presídia : quia non désinis propícius

intúeri quos tálibus auxíliis  
concésseris adjuvári. Per Dóminum  
nostrum.

## ¶ Quinta die de descriptione nominis Jesu.

### Lectio prima.



Audia festi contemplantes : beatissimi nōminis Jesu descriptiōnem perscrutēmur.

Ad nostram doctrinā mentisque [111r.] consolatiōnem, advertēdūs esse arbītror non ociōsum quod sub legis figūra pretérite factum est : quod nobiscum gratiōse agitūr in re, que in etérnum est permansūra. Légimus útique apud Hébreos tetragrámmaton reverētie et honoris nomen Dei fuisse dignissimum : summi pontificis fronti superéminens, atque lámina áurea sculptum. Hoc lītteris quátuor Hebráicis scriptum : sancti precinuére patres magni esse mystérii. Tetragrámmaton namque nostra in lingua sonat : iste est princípium vite. Iste profecto hoc áliud nomen venerabile Jesus quam princípium vite : hoc est

Salvatōrem esse Christum Jesum designare perhibétur. Signátur ergo in re<sup>288</sup> sub Jesus nōmine : quod in figúra préfuit sub áltero. O nomen cunctis admirabile : terribile peccatóribus, et preamibile justis. Nec hoc látuit in somno Jacob : qui cum scalam vidísset terram celósque tangéntem ait, O quam terribilis est locus iste. Sacrum mystérium innuens, ut malis fieret terribilis : quos spíritu oris sui interficeret, qui bonis vénérat ut ángelus consílii : et fieret pater futuri séculi, Christus Jesus qui ínibi natus est : ubi scalam víderat Jacob. Jesus ígitur est scala celi : quia Jesu scánditur celum. Signétur in fronte mentis devóte : que ánima justi mérito nuncupátur. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>289</sup>

### Lectio secunda.

 Aude ígitur gáudio magno scútifer Jesu Christi, qui dum gúrgite sancto immérgeris, sacro inúngeris chrismáte, atque alta fronte crucis signo insígnitus fúeris, totus in te describitur Jesus : impréssus ánime carácter indelébilis Jesu nomen gratiōse portat. Hinc in Apocalípsi scriptum est, Vidébunt fáciem ejus :

et nomen ejus scriptum in fróntibus suis. Quod láminam auri týpice gestábat in fronte póntifex : jam eternáliter justus quisque sub nōmine gerit in ánima. O gens sancta, genus éléctum, régale sacerdótium : pópulus acquisitiōnis : vobis credéntibus honor et virtus, ut virtútes ejus Jesu annunciétis de die in diem, donec

auferátor luna : quia de ténebris vos vocávit in admirábile lumen nóminalis sui et glórie. Gaudéte : íterum dico et exultáte, quia nóminalia vestra scripta sunt in celis : per Jesum Christum, qui est primogénitus mortuórum, et

predestinátus Fílius Dei in virtúte. Ideo prímitus ut décuit nomen ejus inscríptum díixerat : sicut per Prophétam ait, In cápite libri scriptum est de me : ut fácerem voluntátem tuam.

*Lectio tertia.*

**T**On absque prophético preságio reor id esse actum ab iníquo Pyláto : sicut nec quod Cáyphas pónitifex prophetávit nesciénter dicens, Mélius est ut unus morátur pro pôpulo : quam ut tota gens péreat. Dénique insultántibus Judéis Pylátus ait, Quod scripsi, scripsi : quando pro título triumpháli eréxit, Jesus Nazarénus rex Judeórum. Hoc tribus linguis scriptum est, Hebráica, Greca, et Latína : ut Christi fides toto orbe terrárum annunciarétur ad salútem. Nomen Jesu ad contuméliam eréxit Hierúsalem in terris : ut

inveniréatur ad glóriam in Hierúsalem, cujus participátio est in idípsum in celis. Unde Johánnes in Apocalípsi vidit sanctam civitátem Hierúsalem : habéntem claritátem Dei. Vedit in fundaméntis duódecim portárum lápide precioso ornatárum, nóminalia apostolórum et Agni Jesu Christi spléndide descripta : ubi et templum erat Deus et Agnus ille Christus Jesus omni majestatis glória plenum. Ad hoc charíssimi festinémus nos ingréri : ut sicut véndicat in nobis esse et bonum, ita et nos maneámus in illo. Tu.

*Memoria de sancto Tyburtio ut supra. {1091}.*

## I Sexta die de pronunciatione nominis Jesu.

### Lectio j.

**A**Vida mens hóminum dum scire semper áppetit, cónigimur inférre quómodo aménissimum nomen prenunciátum est. Prophétam audi, Revelábitur Fílius meus Jesus : eum his qui cum eo jocundabúntur. Et séquitur, Post paucos annos moriéatur Fílius meus Jesus : et convertétur séculum. Satis namque ex afféctu : maniféstata patet hujus divíni oráculi<sup>290</sup> prenunciáta véritas. Quid maniféstius apertiúsve illo prophético vaticínio ? In Deo

gaudébo : et exultábo in Deo Jesu meo. Quem nascéndum córporis non víderat óculo : longe novit ex nómine páriter et re. Nam divínus ille Esáyas [111v.] dicit, Ex útero matris mee vocávit me nómine meo, meo útique non aliéno : quia Jesus secúndum carnem Salvátor appellátus est, qui ab etérno Salvátor erat secúndum divinitátem. A século non est ignótum sacrosánctum nomen Jesu : cum a tot tantísque viris fidei testimónio dignis prophétice ac mirífice prenunciátum est.

### Lectio ij.

**Q**Uamquam vero in Véteri testaménto nonnúlli appelláti sunt nómine Jesus, ut Jesus Nave, qui Jósue dicebátur, Jesus Syrac, et Jesus filius Jósedech : eórum tamen nullus futúrus erat, qui salvum fáceret pópulum suum a peccátis eórum. Plures fáteor in lege prenomináti fúere ántequam nati : Ismael, Ysaac, Sanson, Josías, Cyrus, Agag, Hieremías, atque Johánnes baptista, sed omnes Jesum Christum designáre censéntur. Alios vero ex lege salvatóres nójimus, Móysen, Cyrum, et Joseph : nec eórum áliquis qualis iste ad quem genu fléctimus Jesus,

nómine et re prefigurábat. Sunt et isti salvatóres, nam quisquis eórum magne salútis fuit promótör, aut pópuli remóvit dédecus, aut ab ingruénti clade liberávit pátriam : sínguli tamen sub umbra degéntes, in spe advéntus Dómini nostri Jesu Christi. Namque Jesus Christus heri et hódie. Recte ergo et juste impósito est sibi nomen : quod est laudábile ab ortu solis usque ad occásum. Si enim hóminum concéntus, si angelórum júbilus canor mentes állicit, jubilántes ánimos éfficit ut se vix cápere possint : non minus profécto hoc verbum Jesus,

quod prenunciári mandávit in mille generatiónes. Nobis speculántibus que non licet hómini loqui, sit Jesus verbum semper manens in ore et

ópere, qui semper est verbum Dei manans ex corde. Noster Jesus est Verbum Dei : quia Verbum Dei caro factum habitávit in nobis.

*Lectio tertia.*

**T**Ríplici nómine devóte insíg-nitum et prenunciátum Salvatórem nostrum : ex Evangélio didícimur. Primo Fílius Dei appellátur : secúndo Christus, tértio Jesus. Vocátur étenim Fílius Dei : in-quántum est de Deo Deus. Christus : quia homo a persóna divína, quantum ad humánam natúram assúmptus. Jesus : ut Deus humanitáti con-júnctus. Fratres ígitur charíssimi, qui in púlvore estis expurgiscímini et laudáte. Ecce Dóminus venit cum salúte : venit cum unguénto, venit cum glória. Neque enim hinc salúte venit Jesus, neque Christus sine unctióne : neque sine glória venit Fílius Dei. Ipse équidem salus : ipse úncio : ipse glória. Deum et Dóminum nostrum Jesum Christum

his modis cognóscoimus : nómine, natúra, nativitaté, potestaté, et professióne. Hunc Jesum Salvatórem sancti predixérunt prophéte : de eo testátur Pater, de se ipse profitétur. Apóstoli prédicant, religíosi credunt : demónes confítentur, Judéi negant, gentíles in passióne cognoscunt. Ob-mutéscat ergo omnis impíetas : que Fílium Dei Jesum Christum esse negat aut dúbitat. Discédat ímpia gens Judáica : que Dei Fílium Chris-tum Jesum incarnátum spernit et dénegat. Accédas o ánima Christiána. Confiteámur nómini sancto Dómini : et gloriémur in laude Jesu. Cui est honor et glória : per infinítā seculórum sécula amen. Tu autem [Dómine miserére nostri].<sup>291</sup>

## ¶ Septima die, de sancto Ipolito sociisque ejus.

(xiiij. Augusti.)

*Novem lectiones fiant : tres prime lectiones de communi plurimorum martyrum, medie lectiones de octavis [nomine]<sup>292</sup> Jesu, tres ultime lectiones de proprietate sanctorum cum propriis responsoriis et laudibus, cum memoria de [nomine Jesu et de octava]<sup>293</sup> sancto Laurentio.<sup>294</sup>*

## ¶ Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.

*Ad vesperas.*

*Ant. Sancti per fidem. in communi. [739].*

*Psalmi feriales.*

*Capitulum. Justorum ámine. in communi. [790].*

*R. Explorávit. infra ix. {1135}.*

*Cetera omnia de communi plurimorum martyrum cum hac oratione.*

**D**A quésimus omnípotens Deus :  
**D**ut beáti Ipóliti mártiris tui  
sociorúmque ejus veneránda solén- | nitas, et devotiónem nobis áugeat et  
salútem. Per Dóminum.

¶ Memoria de octavis Jesu, et de sancto Laurentio : cum hac ant. Veni desiderátor. {1124}. Require in prima die ad secundas vespertas super psalmum Magníficat. *V.* Dispérſit dedit. {1100}. Oratio ut supra. {1123}.

[Deinde dicantur memorie consuete de sancta Cruce, de sancta Maria, et de omnibus sanctis.]<sup>295</sup> [192].

## ¶ Ad matutinas.

*Invitatorium. Mirábilem Deum. [751].*

*Ps. Veníte. 13\*.*

*Hymnus [Sanctórum méritis.]<sup>296</sup> [739]. antiphone [Secus decúrsus.]<sup>297</sup> [752]. psalmi [Beátus vir.]<sup>298</sup> [12]. [cetere antiphone cum suis psalmis]<sup>299</sup> et *V.* de communi*

*plurimorum martyrum.* [752].

*Novem lectiones fiant ut supra die septima.*<sup>300</sup>

¶ Letámini. [748].

*Lectio vij.*

**P**ost tértium diem sepultúre beáti Lauréntii mártiris : revérsum in domum suam Ipólitum tenuérunt mílités, et perduxérunt eum ad [112r.] Décium Cesárem. Cui Décius súbridens ait, Nunquid et tu magus factus es, quia corpus Lauréntii abstulísse díceris ? Respóndit Ipólitus, Hoc feci non quasi magus : sed quasi Christiánus. Décius irátus : jussit ut lapídibus os ejus tunderétur.

Et expólians eum hábitu Christiáno : hortabátur ut sacrificáret diis et ad milítiam redíret. Ipólitus dixit, Non me expoliásti : sed magis cepísti vestíre. Décius dixit, Quómodo insípiens factus es : ut nuditátem tuam non erubéscas ? Ipólitus dixit, Ego et sápiens et Christiánus factus sum : qui ignórans credébam quod tu credis. Tu autem.

AS:488; 1520-S:87v; 1531-S:112r.<sup>301</sup>


7. Resp. VIII.

6188.  E-a-tíssimus \* Chris-ti mar- tyr Lau- rén- ti-

us dum pro Chris-ti nómi-ne te-ne-ré- tur in

do-mo Y-pó- li- ti, po-né-bat ma- nus su-per

ó-cu-los ce-có- rum. †Et il- lu-mi-na- bán- tur.



Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.

6188za.

V. Bapti-zá-to autem be- á-to Ypó-li- to : om-  
nes fámu-li e-jus cre-déntes bap- ti-za-bán- tur.  
†Et il- lu-mi-na- bán- tur.

*Lectio viij.*

**D**ecius dixit, Sacrifica ne péreas per torménta : sicut Lauréntius. Ipólitus dixit, Exémplum mérear fieri beáti mártiris Lauréntii : quem tu miser ausus es ore pollúto nomináre. Tunc jussit eum Décius exténdi et fústibus cedi : et cesum cárduis<sup>302</sup> laniári. Post hec levátum a terra : jussit eum vestíri veste qua ante

utebátur gentílis, et dixit ei, Uttere prístina milítia, quam in conspéctu nostro semper habuísti : et esto noster amícus. Beatus Ipólitus voce clara dixit, Milítia mea hec est : Christo firmiter militáre, et ei militándo celériter ad fructuósam palmam veníre. Tu autem.

AS:488; 1520-S:87v; 1531-S:112r.<sup>303</sup>

8. Resp.

I.

**R**equiescéns \* a Déci o sanctus Ipoliti  
tus de córpo-re Laurénti i ut quid se-pe-

7534.

Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.

lís-set, respóndens I-pó-li-tus dix-it. †Chris-ti-á-nus

e-go sum : et Chris- ti már-ty- rem di-li-gén-

7534a. ter se- pe- lí- vi. ⁊ Mi-rum michi

valde est, ut quid o-re pollú-to márt-yrem no-mi-

nás- ti. †Chris-ti-á-nus.

*Lectio nona.*

**D**ecius iracúndia plenus, jussit Valériano ut omnes facultátes Ipóliti accíperet : et eum crudéli examinatione interficeret. Eódem die Valeriánus, exquisítá facultáte ejus : omnem famíliam ejus Christiánam ante conspéctum suum fecit addúci. Inter quos erat nutrix Ipóliti Christiána nómine Concórdia, quam Valeriánus jussit plumbátis cedi presénte Ipólito, donec emítteret spíritum. Ipsum vero Ipólitum fecit

duci foras muros porte Tiburtíne cum família sua : ut decollaréntur. Quos Ipólitus confortábat dicens, Fratres nolite contrastári et metúere : quia ego et vos unum Deum habémus. Jussit vero Valeriánus ut in conspéctu Ipóliti omnes decollaréntur. Et decolláti sunt promiscui sexus, número decem et novem. Beátum vero Ipólitum pedes ligátum ad colla equórum indomitórum : jussit per cárdetum et tríbulos trahi, donec

Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.

emitteret spíritum. Quorum cónpora  
collégit Justínus presbyter et sepelívit.

Tu autem.

AS:489; 1520-S:88r; 1531-S:112r.<sup>304</sup>

9. Resp.

VIII.



X-po-li- á-vit \* veste I-pó-li-tum Dé- ci- us

sar0627.

qua indu-e- bá- tur in há- bi- tu Chris- sti-

á- no, et dix- it e- i. †Sacrí- fi-ca

di- is et acqui- ésce pre-cép- tis nos- tris.


#Et vi- ve et frú- e-re mi-lí-ti- e

sar0627a.

palma. ¶ Ce-sar dix-it ad I-pó-li-

tum, Quómodo factus es insí-pi- ens : ut nu-di-tá-tem

Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.



tu- am non e-ru-bés- cas. †Sacrí- fi-ca.

℣. Glória. 95\*. ¶Et vive.

℣. Justi autem in perpétuum vivent.

℟. Et apud Dóminum. [591].

¶ In laudibus.

AS:489; 1520-S:88v; 1531-S:112r.<sup>305</sup>

1. Ant. VIII.i.

2283. Ix-it \* Ce-sar ad I-pó-li-tum, Tu ma-gus factus es,  
respón-dens I-pó- li-tus dix-it ad Dé-ci- um, Non sum  
e-go ma- gus, sed servus sum Dómi-ni me- i Je-su  
Chris-ti. Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].

A musical staff consisting of four horizontal lines. It features various black note heads, some with vertical stems and others with diagonal strokes, indicating different rhythmic values and pitch levels. The staff begins with a large decorative initial 'Q'.


AS:489; 1520-S:88v; 1531-S:112r.

2. Ant. II.i.

2292. Ix- it I-pó-li-tus \* ad Dé-ci- um, Non me expo-li-

A musical staff consisting of four horizontal lines. It features various black note heads, some with vertical stems and others with diagonal strokes, indicating different rhythmic values and pitch levels. The staff begins with a large decorative initial 'Q'.

Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.



ásti : sed ma-gis vestís-ti. *Ps. Jubilate. (xcix.) [46].*

AS:489; 1520-S:88v; 1531-S:112r.<sup>306</sup>

3. Ant.

L.iv.




4364.

E-sar dix-it \* ad I-pó-li-tum, Quómodo factus es



insí-pi- ens : ut nu-di-tá-tem tu-am non e-ru-béscas.



*Ps. Deus Deus. (lxij.) [47].*

AS:490; 1520-S:88v; 1531-S:112r.<sup>307</sup>


4. Ant.

IV.i.



2782.

X-emplum mé-re- ar \* fi- e-ri Lau-ré-ti- i be-a-



tíssimi márty-ris. *Ps. Benedícite. (Daniel iiij.) [48].*

AS:490; 1520-S:88v; 1531-S:112r.<sup>308</sup>

5. Ant.


VIII.i.



5252.

Unc Va-le- ri- á-nus \* in conspéctu I-pó-li-ti fámu-

Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.



los il-lí- us marty-ri-zá-ri pre-cé-pit. Ps. Laudáte.(cxlvij.) [49].

*Capitulum. Justórum áime. [790].*

*Hymnus. Rex glorióse mártirum. in communi. [771].*

8141. *X. Mirábilis Deus [in sanctis suis.*

*R. Et gloriósus in majestáte sua].<sup>309</sup>*



AS:490; 1520-S:89r; 1531-S:112r.<sup>310</sup>

Ant. VIII.i.

4186.



- rá-vit \* sanctus I-pó- li- tus vo-ce magna et



ví-de-o. Ps. Benedíctus. 68\*.

*Oratio. Da quésimus<sup>311</sup> [omnípotens Deus. ut supra].<sup>312</sup> {1131}.*

*Memoria de octavis Jesu.*

*Deinde memoria fiat de sancto Laurentio.*

*Ant. Lauréntius bonum. Require in laudibus in die sancti Laurentii. {1121}.*

*X. [Dispérſit.]<sup>313</sup> {1100}. et oratio ut supra. {1123}.*

*[Deinde dicitur memorie consuete nisi dominica fuerit tantum.]<sup>314</sup>*

### ¶ Ad j.

*Ant.* Dixit Cesar. *j. de laudibus.* {1136}.

*Ps.* Deus in nōmine. (*liij.*) [95].

*Ant.* Te jure laudant.<sup>315</sup> [99].

*Ps.* Quicúnque. [100].

### ¶ Ad iij.

*Ant.* Dixit Ipólitus. *ij. de laudibus.* {1136}.

*Ps.* Legem pone. (*cxviiij. 33.*) [132].

*Capitula, responsoria, et X. de communi plurimorum martyrum ad omnes horas dicuntur.*<sup>316</sup> [780].

### ¶ Ad vj.

*Ant.* Cesar dixit. *ijj. de laudibus.* {1137}.

*Ps.* Defécit. (*cxviiij. 81.*) [141].

### ¶ Ad ix.

*Ant.* Tunc Valeriánus. *v. de laudibus.* {1137}.

*Ps.* Mirabília. (*cxviiij. 129.*) [150].

**¶ Si festum sancti Ipoliti in dominica contigerit : totum servitium fiat de festo et memorie de octavis, de dominica, et de Trinitate et processio fiat ante crucem.**

[112v.]

[et tunc

### *Ad primas vespertas.*

*Ant.* Sancti per fidem. *in communi.* [739].

*Psalmi feriales.*

*Cap.* Justórum ánime. *in communi.* [790].

*R.* Expoliávit. *ijj. de matutinas.* {1135}.

*Cetera ut supra.* {1131}.

### *Ad matutinas.*

*Tres prime lectiones cum suis responsoriis de primo nocturno communis hystorie*

Sancti Ipoliti sociorumque ejus martyrum.

---

*plurimorum martyrum. [753].*

*Medie lectiones de sancto Laurentio. Lectio iiiij. Eo témpore. {1153}. cum versiculi et R̄. vel responsoriis de secundo nocturno. Ita tamen quod vj. R̄. erit O Ypólite. {1120}. &c.*

*Tres vero ultime lectiones de proprietate sanctorum que habentur {1152}. cum responsoriis et laudibus supradictis, vespere in ipsa dominica erunt de sancto Ypolito sociorumque ejus.*

*Ad vespertas.*

*Super psalmos ant. Dixit Cesar. {1136}.*

*Psalmi dominicales. [311].*

*Capitulum Justórum ánime. in communi. [790].*

*Hymn. Rex glorióse. in communi. [772].*

*Versiculi. Mirábilis Deus. {1138}.*

*Ant. Abstérgit Deus. in communi. [782].*

*Ps. Magníficat. 69\*.*

*Oratio ut supra. {1131}.*

*Memoria de sancto Eusebio cum hac oratione.*

**D** Eus qui nos ánnua beáti Eusébii confessóris tui solennitáte letíficas : concéde propícius, ut cuius natalícia cólimus per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

*Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant. Adhésit. {1121}.*

*Versiculi. Dispérsit. {1100}.*

*Oratio. Da [nobis] quésumus omnípotens Deus. {1123}.*

*Deinde dicantur memorie de dominica. Si dominica non fuerit dicantur vespere de sancto Eusebio.*

## ¶ *Sancti Eusebii presbyteri et confessoris.*

(xiv. Augusti)

### [*Ad primas vespertas.*]

*Antiphone et psalmi feriales.*

*Capitulum.* Justum dedúxit. [852].

*Hymnus.* Iste conféssor. [792].

*Versiculi.* Amávit eum Dóminus. [800].

*Ant.* Conféssor Dómini. *in communi.* [800].

*Ps.* Magníficat. 53\*.

*Oratio.* Deus qui nos ánnua. {1140}.

### *Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant.* Adhésit áнима. *Require in laudibus.* {1121}.

*Ibidem versiculi et oratio ut supra.*

*Deinde dicantur memorie consuete.*

## ¶ *Ad matutinas de sancto Eusebio.*

*iiij. lectiones cum nocturno fiant propter vigiliam.*

### *Lectio prima*<sup>317</sup>

**T**Empore quo]<sup>318</sup> [Libérius de exilio revocátus fúerat : a Constantio Augústo herético ut una communione contamináret plebem. Eusébius párter urbis Rome cepit declarare Libérium heréticum : et amícum Constántii. Quo facto : occupántur ecclésie a Libério, ejicitur Felix de episcopátu, subrogátur Libérius : tenétur Eusébius párter.

Tunc Constántius imperátor aggréditur cum Libério Eusébium párterum dicens, Tu solus Christiánus es in urbe Roma ? Eusébius párter respóndit, Sic confidimus in Dómino : quia fidéles nos Christus invéniet, sicut et baptizáti sumus : et benedictiónem servábimus, quam a beato Júlio suscépimus.

[R. Euge serve. *in communi.*]<sup>319</sup> [804].

*Lectio ij.*

**L**ibérius dixit, Et nos cujus fún-gimur vice ? Nonne anteriórē nostri ? Eusébius präsbyter dixit, Ita esset : si perseverásses in fide : quam in persecutiōne primo tenére visus fúeras. Libérius dixit presénte Augústo, Tam contumácem me exis-timas ? Eusébius dixit, Res ipsa te docet et declarárat. Imperátor Con-stáncius dixit, Et quid est inter fidem

et fidem ? Eusébius präsbyter res-póndit, Quantum ad nos peccatóres, integritátem tenéntes sumus : quantum ad vos insánia pleni estis : qui felícem epíscopum cathólicum et Dóminum Jesum Christum invo-cántem, purum sacerdótem ab ómnibus declarátum, in exílium direxístis.

[R. Justus germinabit.]<sup>320</sup> [692].

*Lectio iij.*

**J**rátus Constáncius subrogátu-m Libérii inclúdit Eusébium pres-býterum in quoddam cubículum domus sue, quod húmile erat, in latitúdine pédibus quáttuor : et ibi multis ménsibus in oratiōne con-stánter pervéverans inclúsus. Post menses septem dormitiōnem accépit decimonóno kaléndas Septémbris.

Cujus corpus collégit Gregórius et Orósius presbýteri paréntes ejus et sepeliérunt in cripta juxta corpus beátis Sixti mártiris et epíscopi in cimitério Kalíxti. Ibi et titulum ipsius scribéntes posuérunt pro comme-moratiōne hóminis Dei. Hic autem Orósius : étiam hec gesta conscrípsit. Tu autem Dómine.]<sup>321</sup>

[R. Jurávit. *in communi.* [806].

¶ *In laudibus.*

*Hec sola ant. Justum dedúxit. minor, in communi.* [850].

*Capitulum. Justus cor suum. in communi.* [846].

*Versiculi, hymnus et cetera de communi unius confessoris et pontificis* [820]. *cum hac oratione. Deus qui nos.* {1140}.

*Memoria de sancto Laurentio.*

*Ant. Misit Dóminus.* {1122}.

*Deinde dicantur memorie consuete.*

¶ *Ad j.*

*Ant.* Justum dedúxit. [*Minor.*] [850].

*Ps.* Deus in nōmine. (*lij.*) [95].

*Ant.* Glória tibi Tríntas. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

¶ *Ad iij.*

*Cap.* Justum dedúxit Dóminus. *in communi.* [852].

¶ *Ad sextam.*

*Cap.* Custodívit eum. *in communi.* [853].

¶ *Ad nonam.*

*Cap.* Sapiéntia. [853].

*Cetera omnia de communi unius confessoris cum oratione supradicta usque ad missam que erit de vigilia beate Marie.]*<sup>322</sup>

## ¶ Dominica infra octavas Jesu.

*Si contingat omnia fiant sicut in prima die preter responsorium quod non dicetur.<sup>323</sup>*

*Memorie et cetera omnia ut supra notatum est.*

### *Lectio j.<sup>324</sup>*

**M**On latet vos, dilectissimi Deo et homínibus, quómodo novíssimis diébus istis Deus suam multiplicávit misericórdiam, ut nobíscum grátie magnificáret letíciā : qui non solum advenit Dominátor Dóminus, sed qualis quantúsve fúerat osténdit, cum pie et mansuēte manifestávit suum nomen

coram homínibus. Credidérunt patriárche de Christi futúra incarnatióne, certificáti fúere patres : quibus profecto hoc de quo ágimus devótum nomen maniféstare non est revelátum. Jacob Christum incarnándum predíxit. Non auferétur, inquit, sceptrum de Juda, et dux de femore ejus : donec véniat qui mitténdus est.

### *Lectio ij.*

**H**oc mirábile mystérium, sed mirabílior Dei bónitas : ut gloriósius nomen Jesu venerándum a nobis sua mediante passióne exaltarétur, quod prius fúerat abscónditum. Vocábulum istud Jesu dulce et gloriósum, omni adorátu cultúque digníssimum, nomen super omne nomen : non décuit ab homínibus

appellári, neque ab eis afférri in mundum, sed ab excellentiórī majóriqué natúra angélica. Gábel ergo ad Maríam ait, Ecce concípies in útero et páries filium : et vocábis nomen ejus Jesum. Hoc nempe nomen nōvum : quod os Dómini, non hóminis nominávit.

### *Lectio iij.*

**M**Uamquam enim légifer Deo acceptatíssimus Móyses divína orácula accéperat, et ut amícus ad amícum locútus est ei Deus : hoc tamen venerábile nomen non vidi apérte. Peténti vidére fáciem ejus ait, Non potes vidére fáciem meam et

vívere : sed posteriéra mea vidébis. Pópolus Israel Móyse signátus incarnatióne, circuncisióne, passióne, et ascensióne, que Dei posteriéra appellántur, re et nómine vidi : quem ille in rubo, in anterióribus invisíbilis Dei majestatis non pótuit cérnere

vivens.

*Lectio iiiij.*

**P**oluit ejus nomen nosci ad salútis plenitúdinem de celis, usque dum nascerétur plenitúdine témporis et nominaréetur in terris. In fácie nominátur, Deus ego sum : in posterióribus Jesus appellátur. Primum nomen ignóti Dei et timóris. Jesus nomen ab ómnibus pregustátum est et amóris. Jesus amor indicíbilis, amor delectábilis : amor inextin-

guíbilis. Jesus peccáti ábluit máculam ne culpa coínquinet : mentem justíficat, ne reáitus ad penam óbliget, ad glóriam sanctificat. Unde Apóstolus ait, Ablúti estis, sanctificáti estis, justificáti estis : in nómine Dómini nostri Jesu Christi. Hoc ergo nomen Dómini quicúnque invocáverit, salvus erit. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>325</sup>

*Lectio v.*

**E**nerémur ígitur hoc devotíssimum nomen : et ómnia quecúnque fácimus in verbo aut ópere, ut suádet Apóstolus, in nómine Jesu faciámus. Quippe bene erit ómnibus invocántibus eum in veritáte, et voluntátem timéntium se fáciet, et deprecationem eórum exáudiet Jesus. Jesum beátus Ignácius sue passiónis in agóne invocávit : et bene sibi erat.

Béstias ferocíssimas, ardentíssimos ignes, ac cétera génera tormentórum superávit. Gloriósum memoriále ultra humánam estimatióne corde suo inscríptum suscépit de manu Dómini Jesu sempítérnum. Namque corde particulátim sciso, lítteris áureis inscríptus invenítur Jesus : cujus ob miráblem grátiam plures venerántur eum fidéles. Tu autem.

*Lectio vij.*

**I**onýsius Atheniénsis hujus virtute nóminis cecum illuminávit. Evangelíste Johánni venénum non nócuit : Dyáne in nómine Jesu templum dejécit. Aristódimus intoxicátos mórtuos suscitávit. Claudum sedéntem in porta Petrus et Johánnes erexérunt. Enee paralýtico Petrus

gressum restaurávit : ac Thábitam víduam mórtuam vite prístine redúxit vivam. Márito ergo coléndum et venerándum est tam éfficax nomen : ad cujus virtútem grátiam et consolatióne tot tántaque consistunt mirácula. Tu autem.

Dominica infra octavas Jesu.

---

*Tres ultime lectiones de expositione Evangelii sicut in prima die. {1067}.*

*In laudibus una sola antiphona.*

*Memoria ut supra.*

## **C** In festo sancti Ciriaci sociorumque ejus martyrum.

(vij. Augusti.)

[vij. lectiones. Invitatorium duplex.]<sup>326</sup>

### *Oratio.*

**D**eus qui nos ánnua beáti Ciriáci mártiris tui sociorúmque ejus solennitáte letíficas : concéde propí-

cius, ut quorum natalícia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum.

### *Ad matutinas.*

#### *Lectio j.*

**D**iocleciánus Augústus compre-héndi fecit Ciriácum Románe ecclésie dyáconum cum áliis sanctis, et in custódia pública trudi. Ubi eo<sup>327</sup> multo témpore pósito, plúrimas per eum Dóminus operabátur virtútes. Eódem témpore úrgeri cepit a demónio Arthémia filia Diocleciáni : clamánte demóne per os ejus presénte Diocleciáno : quia nisi vénérerit Ciri-

acus dyáconus non éxeo. Mittens ergo Dyocleciánus ejécit beátum Ciriácum de custódia, et sócios ejus Largum et Smarágdum, et rogávit eum ut liberáret filiam ejus. At ille in nómine Dómini nostri Jesu Christi ab ea immúndum spíritum expulit, et presénte matre sua Seréna Augústa baptizávit eam : et deinceps in religióne Christiána fidélis permánsit.

#### *Lectio ij.*

**P**ost hec Dyocleciánus Augústus beáto Ciriáco domum in urbe Roma donávit : et faciénte Seréna Christianíssima uxóre ejus ut secúrus víveret precépit. Mórtuo autem Dyocleciáno precépit Maximiánus filius ejus, ut Christiáni ubicúnque invénti essent puniréntur. Et zelo

ductus propter sorórem suam Arthémiam tenuit beátum Ciriácum dyacónum : et commendávit eum Carpásio vicário dicens, Ciriácum sacrilégum divérsis afflígere torméntis : si non libámina diis obtúlerit. Tunc precépit Carpásius picem reliquári : et in caput beáti Ciriáci fundi. Et cepit

beatus Ciriacus clamare dicens, Glória tibi, Dómine Jesu Christe : qui nos servos tuos dignátus es portas regni

celéstis aperíre. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>328</sup>

*Lectio iij.*

**P**Ost hec precépit Carpásius sanctos Dei, Ciriácum, Largum, et Smarágdum in custódia trudi. Transáctis autem quátuor diébus, precépit Carpásius beátum Ciriácum sibi presentári : et sic eum cepit álloqui, Ciriáce, sacrifica diis, et vives. Respóndit beatus Ciriacus, Sacríficent eis qui non cognovérunt Salvatórem suum Dóminum Jesum Christum. Et irátus Carpásius jussit beátum Ciriácum in catásta exténdi, et átrahi nervis, et fústibus cedi : clamánte beato Ciriaco, Miseré mei, Dómine,

Jesu Christe. Et nunciávit Carpásius Maximiáno quod factum fúerat. At ille jussit omnes vinctos qui erant cum beáto Ciriáco cápite truncári. Et data senténtia decolláti sunt cum beáto Ciriáco, número vigínti et unus. In ipso témpore : interfécit Maximiánus sorórem suam Arthémiam. Véniens autem Marcéllis, urbis Rome epíscopus, sanctórum córpora cum aromátibus condívit, et in via Ostiénsi in sarcófagis lapídeis recóndidit. Tu autem Dómine.

[et cetera de communi plurimorum martyrum.]<sup>329</sup> [739].

## ¶ In festo sancti Romani martyris.

(ix. Augusti.)


Ad vespertas.

Super psalmum Magnificat.

AS:482; 1520-S:84r; 1531-S:<sup>330</sup>


Ant.

VII.i.




2308.

Ix-it Romá-nus \* ad be- á-tum Laurénti- um,



Ví-de o ante te jú-ve-nem pulchérrimum, festí-na me bap-



ti-zá-re. Ps. Magnificat. 67\*.

Oratio.

¶ Resta quésimus omnípotens  
Deus : ut qui beáti Románi  
mártiris tui natalícia cólimus, inter-

cessióne ejus in tui nóminis amóre  
roborémur. Per Dóminum.

## ¶ Ad matutinas.

[iij. lectiones cum nocturno propter vigiliam et totum <servitium fiat> de festo usque ad missam quo erit de vigilia.]<sup>331</sup>

Lectio j.

¶ Um fuísset<sup>332</sup> beátus Lau-  
réntius a minístris Déci  
comprehénsus, et éidem  
presentátus : jussit eum Décius in  
catástia exténdi et tórqueri. Qui dum  
torquerétur : subrídens et grárias

agens dicébat, Benedíctus es, Dómine  
Deus Pater Dómini nostri Jesu  
Christi : qui nobis misericórdiam  
quam mériti non sumus prestitísti.  
Da nobis, Dómine, grátiam tuam ut  
cognóscant omnes circunstántes, quia

tu consoláris servos tuos. Eádem hora unus ex milítibus nómine Románus

crédidit Dómino Jesu Christo : per verba beáti Lauréntii.

*Lectio ij.*

**C**Epit autem Románus dícere ad beátum Lauréntium, Vídeo ante te júvenem pulchérrimum stantem eum líntheo : et extergéntem membra tua. Qua propter adjúro te per Jesum Christum, qui tibi misit ángelum suum : ne me derelínquas. Tunc Décius Cesar furóre plenus dixit ad Valeriánum, Victi sumus omnes : per

artem mágicam. Et jussit eum de catásta solvi. Eádem hora áfferens Románus úrceum cum aqua cepit quérere horam<sup>333</sup> qua eam offérret beáto Lauréntio. Décius autem cepit estuári : et jussit ut Lauréntius Ypólito redderétur ibi in palátio. Tu autem Dómine [miserére nostri].<sup>334</sup>

*Lectio tertia.*

**V**eniens autem Románus cum aqua misit se ad pedes beáti Lauréntii, orans eum cum láchrymis ut baptizarétur. At ille accépta aqua : benedíxit et baptizávit eum. Audiens Décius hoc factum : dixit, Exhibéte eum fústibus. Et addúctus ante conspéctum Décius Cesáris : non

interrogátus cepit clamáre voce magna dicens, Christiánus sum. Et jussit Décius : ut ipsa hora capitálem subíret senténtiam. Et ductus foras muros porte Salárie : decollátus est. Ea nocte venit Justínus présbyter : et cóllegit corpus ejus et sepelívit. Tu autem.

[cetera de communi unius martyris.]<sup>335</sup> [679].

Festo sancti Tyburtii martyris.

## ¶ In festo sancti Tyburtii martyris.<sup>336</sup>

(xj. Augusti.)

[Invitatorium duplex, iij. lectiones.]<sup>337</sup>

[Memoria] <sup>338</sup> ad vespertas.

AS:487; 1520-S:87r; 1531-S:113v.

Ant.

I.v.



3324.

The musical notation consists of five staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below each staff. The first staff begins with a large decorative initial 'N'. The lyrics are: Ncly-tus \* martyr Ty-búr- ti- us cum nu-dá-tis. The second staff continues: plan-tis su-per pru-nas ardéntes incé-de-ret Fa-bi-. The third staff continues: á-no pre-fécto dix-it, vi-dé-tur mi-chi quod su-per ró-. The fourth staff continues: se-os flo-res incé-dam in nómi-ne Dómi-ni me- i. The fifth staff concludes with: Je-su Chris-ti.

Ncly-tus \* martyr Ty-búr- ti- us cum nu-dá-tis  
plan-tis su-per pru-nas ardéntes incé-de-ret Fa-bi-  
á-no pre-fécto dix-it, vi-dé-tur mi-chi quod su-per ró-  
se-os flo-res incé-dam in nómi-ne Dómi-ni me- i  
Je-su Chris-ti.

Versus. Glória et honóre coronásti. [687].

Oratio.

**B**éati Tybúrtii mártiris tui nos  
Dómine fóveant continuáta  
presídia : quia non désinis própitius | intúeri, quos tálibus auxíliis  
concésseris adjuvári. Per.

## ¶ Ad matutinas.

### Lectio prima.

**T**háesus Tybúrtius erúditus est in fide Christi a beáto Sébastiáno : et a glorióso Polícarpo presbýtero, sacro baptismáte innovátus. Qui cum jejúniis et oratióibus occuparétur, quadam die tránsiens occúrrit hómini qui de alto lapsus fúerat, et ita ómnia membra

capútque quassáverat : ut de sola ejus sepultúra agerétur. Juxta quem ipse accéssit : et cepit dícere super vúlnera ejus oratióнем domínicam, et sýmbolum. Et ita factus est homo soli-datis membris incolúmis : quasi nichil mali contigísset ei. Tu autem, Dómine [miserére nostri].<sup>339</sup>

### Lectio ij.

**P**ost hec comprehénsus a Fabiáno júdice, cum constantíssime júve-nis sanctus Christum confiterétur : jussit judex ante pedes ejus carbónes effundi ardéntes, dicens ad eum, Elige tibi unum ex duóbus. Aut thura diis in his carbónibus ádjice : aut pédibus super eos nudis incéde. Ille autem fáciens super eos signum crucis :

constánter super eos nuda ingréssus est planta, et cepit dícere, Depónē infidelitátem et disce quia hic est Deus solus : quem confitémur creatúris ómnibus dominári. Nam michi in nómine Dómini mei Jesu Christi vidétur, quod super róseos flores grádiar : quia creatúra ipsa Creatóris famulátur império.

### Lectio iij.

**F**abiánus preféctus dixit ad beá-tum Tybúrtium, Quis ignorat mágicam artem vos docuísse Chris-tum vestrum. Obmutésce ínfelix, ait Tybúrtius : et noli áuribus meis hanc injúriam fáccere ut áudiam te rábido ore latrántem mellífluum nomen et sanctum nomináre. Iráthus Fabiánus

dictávit sentántiam : ut gládio ani-madverterétur. Ductus est ítaque in viam Lavicánam<sup>340</sup> : tértio miliário ab urbe. Et effúndens oratióнем ad Dóminum uno ictu gládii verberátus decéssit : et in eódem loco apparénte quadam Christiáno sepúltus est tértio idus Augústi. Tu.

*Medie lectiones de octavis sancti Laurentii quando dominica in vj. die evenerit.<sup>341</sup>*

*Lectio iiiij.*

**T**O témpore, accépta potestáte beátus Lauréntius cepit per régiones quérere curióse ubicúnque sancti clérici vel páuperes essent abscónsi : et portans thesáuros, prout cuíque opus erat ministrábat. Venit autem in Céllium<sup>342</sup> montem ubi erat quedam vídua que fúerat cum viro suo annis úndecim, et in viduitáte permánsit annos triginta duos : que habébat in domo sua multos Christiános et presbýteros et cléricos

abscónsos. Hoc cum audísset beátus Lauréntius : tulit vestes et thesáuros, et venit noctu ad eam. Tunc véniens invénit multitúdinem Christianórum in domo Cyriáce vídue : et cepit ómnium Christianórum pedes laváre. Et in ipsa nocte véniens Cyriáca ad beátum Lauréntium : misit se ad pedes ejus : et dixit ei, Per Christum te cónjuro ut manus tuas ponas super caput meum : quia infirmitátes multas pátior cápit mei.

*Lectio quinta.*

**T**unc beátus Lauréntius dixit, In nómine Dómini nostri Jesu Christi Fílii Dei omnipoténtis : [114r.] ponam manum meam super caput tuum. Et facto signo crucis<sup>343</sup> : pósuit manus super caput Cyriáce vídue. Pósuit étiam super caput ejus líntheum : de quo extergébat pedes sanctórum. Eadem ítaque nocte ambulávit inde, et cepit quérere ubi cúnque essent congregáti Christiáni : sive in dómibus, sive in criptis. Venit

autem in vicum qui díicitur Canárius : et invénit multos Christiános in domo cujúsdam Narcíssi Christiáni congregátos. Ubi introívit cum láchrymis et lavit pedes ómnium : et dedit eis de thesáuro quem beátus Sixtus precípiens trádidit. Et invénit in eadem domo hóminem nómine Crescéntium<sup>344</sup> cecum : ubi ipse cum láchrymis cepit rogáre dicens, Pone manum tuam in óculos meos : ut vídeam fáciem tuam.

*Lectio vj.*

**T**unc beátus Lauréntius láchrymas óculis distíllans, dixit, Dóminus noster Jesus Christus qui apéruit óculos ceci nati : ipse te

illúminet. Et facto signo Christi in óculis ejus : ipsa hora áperi sunt, et vidit lumen et beátum Lauréntium sicut petívit. Tunc éxiens inde,

audívit quod in vico Patrícii multi Christiáni congregáti essent in cripta Nepociána : et véniens illuc beátus Lauréntius détulit secum ea que necessária erant sanctis, et invénit ibi ánimas sexagínta tres promiscui sexus. Et introívit cum láchrymis ad eos dans pacem ómnibus : et invénit ibi presbýterum nómine Justínum, qui fúerat ordinátus a beáto Sixto epíscopo. Et misit se ad pedes ejus : et cepérunt se ambo in paviménto volutáre ut ívincem sibi pedes oscula-

réntur. Dixit autem beátus Lauréntius ad beátum Justínum, Comple votum meum ut lavéntur pedes sanctórum et tui, per manus meas. Justínus présbyter dixit, Hoc Domínicum precéptum est : fiat volúntas Dómini nostri Jesu Christi. Et pósita pelve misit aquam, et lavit ómnium virórum pedes. Véniens autem ad beátum Justínum : cepit primo osculári pedes ejus et laváre. Et ubi lavit pedes ejus : commendávit se beáto Justíno. Tu autem Dómine.

*Responsoria, de primo nocturno hystorie de sancto Laurentio. Ita tamen quod vj. R̄. erit O Ypólite. {1120}.*

[*Memoria <fiat> de Sancti Laurentio ant. Lauréntius ingréssus. Require supra <in festo sancti> Laurentii ad laudes. {1121}. Versiculus. Dispérsit dedit paupéribus. {1100}. Oratio Da nobis quésumus omnípotens Deus. {1123}.*]

*Cetera omnia de communi unius martyris. [679].*

*Hac die <erunt vespe de sancta><sup>345</sup> Maria cum pleno servitio in crastinum nisi dominica evenerit <scilicet die tertia>.<sup>346</sup>*

**¶** *Ad j. vespertas fiat memoria de sancto Laurentio cum hac ant. Puer meus. quere ad primas vespertas. {1100}. Versiculus Dispérsit dedit. {1100}. Oratio ut supra. Tamen <tertia die ad><sup>347</sup> matutinas fiat memoria de sancto Laurentio cum hac ant. In craticula. {1123}. quere hic antiphonam in prima die super Benedictus. Versiculus Dispérsit dedit. {1100}. <Oratio ut supra.><sup>348</sup>*

**¶** *Si dies dominicus in die teria vel in die sancti Ypolite evenerit fiant medie lectiones de sancto Laurentio. Ceteris autem diebus <tantum memoria nisi><sup>349</sup> in die assumptionis beate Marie tunc enim nulla fiat memoria.]<sup>350</sup>*

## ¶ *In octava [nominis]<sup>351</sup> Jesu.*

(xiv. Augusti.)

*Ad primas vespertas.*

*Super psalmos una sola antiphona A solis ortu. {1039}.*

*Cetera omnia fiant sicut in prima die.*

*Memoria de sancto Eusebio [et de sancto Laurentio].<sup>352</sup>*

*Ant. Conféssor Dómini. ut supra cum hac oratione.*

**D** Eus qui nos ánnua beáti Eusébii confessóris tui solennítate letíficas : concéde propítius, ut cujus

natalícia cólimus per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

*Lectio j.<sup>353</sup>*

**C** Onfiténtibus hoc salutíferum nomen Jesu coram homíni- bus : copiosa merces repro- míttitur in celis. Venerémur ígitur invocándo, invocémus confiténdo : et confiteámur nómini sancto ejus quóniam bonum est. Quóniam qui confítetur, confitébitur a Dómino Jesu Christo coram Deo Patre et ángelis : non in terra sed in celis. O vere beáta conféssio hóminis : sed felicíssima Jesu Fílii Vírginis. Illa conféssio moriéntis et meréntis in via : ista in etérnum vivéntis atque premiántis in pátria. Illa laudis : ista retributiónis. Illa in peregrinatióne : ista in quiéte. Corde simul et voce Jesum veneráre et ópere ne detráctes : quia qui ore et ópere Jesum negat, fidem negat, et est infidéli detérior.

Nec quisquam de fide Jesu requíitus celáre habet nomen hoc glorio- síssimum. Qui enim pro nómíne Jesu mori parátum non se invénerit : nec se nóverit fore Christiánum. Pauli ut testántur mirácula amputáto cápite, pálpitans lingua ter Jesum conféssa est. Ad cujus nóminis confessióñem, tres fontes ubi lánguidi et infirmi sanántur : mirum in modum eru- pérent. Saulus audíta voce hac, Ego sum Jesus quem tu perséqueris : cecus cecidit. Ab Ananía in Jesu nómíne baptizátur : atque ab óculis suis squamis cadéntibus illuminátur. Gaudeámus ígitur evangelizándo hoc dulce nomen : ut ab ipso laudémur, et vasa glórie cum Paulo simus elécta. Unde scriptum est, Vas electiōnis est michi : ut portet nomen meum coram

régibus.

*Lectio ij.*

**H**oc devotissimum nomen fratres mente honorémus dum cogitátor, voce dum auditur, verbo dum enunciátor : orátione dum légitur, inspiráta visióne aut scriptúra dum vidétur : quia profécto ómnibus his modis esse habet Jesus. Et pretérea non venerábile solum homínibus : sed et demónibus multum terríbile. Clamant namque semper : Jesu cur venísti ante tempus pérdere nos ? [114v.] Christi discípulis hec potéstas trádita est : ut suo nómine demónia subjícerent. Angelis profécto hoc nomen letábile : cum in eo ipsórum ruína reparátur. Hinc subtílius fuit prophétatum, útilius peroptátum : gratíosius nobis publicátum. Et quamquam

Greco stultum, et Judéo scandalósum : his tamen qui salvi facti sunt, summe virtuósum est. Nec immérito vénidat sibi nomen quod est super omne nomen. Hoc ergo nomen devotíssime venerémur : a quo nostra fluunt cuncta presídia. Jesum dúlcia precórdia pulsant, éxitus aquárum nostri dedúcant óculi, atque crebris singúltibus árida suspírent péctora. Quorum non erunt compúncta corda, tot ubi vidéntur leguntúrque facta mirácula ? O ergo dulcíssime Jesu, si dulce est flere de te in mundo : quam dulce est de te Jesu gaudére in celo. Tu [autem Dómine miseré nostri].<sup>354</sup>

*Lectio tertia.*

**C**xúltet jam angélica turba ob hujus festi sacráti nóminis Jesu divína mystéria : ac pro tante benignitatis dignitaté ítonet canor júbilus cordi et ori salutáris. Gáudeat se nostra régio tanti nóminis lustráta honóribus, pópulus sedens in ténebris séntiat se amisísse calíginem : et in hoc beáto nómine gáudeat recepísse salútem. Letétur pia mater ecclésia hujus festivitatis decoráta gáudiis :

Christianórum devótis melódiis vocíferet hec ecclésia Christi. Congáudeant hujus sanctíssimi festi procuratóres, in quo non Deus détinet, sed grátiam confert, servátque copíósam meréndi matériam : ut plénius gloriéntur in laude sui. Hoc fidei, hoc spei, hoc charitatis nomen, fundaméntum mérito nuncupátur : a quo non potest quisquam áliud pónere, quia id pósitum est Christus

Jesus. Exculpémus in hoc lápide angulári qui crevit in montem vária tabernáculi festa : et cauti simus ne segnes dilectione, gloriatióne pigri, inveniámur in Christo Jesu. Hunc dilígere ex toto corde téneris : tota ánima et ómnibus víribus tuis. Ecce homo. Nichil relíquit : qui totum

sibi véndicat. Próspice quid negas : vide quid potes. Mensures ópere quid debes Jesu Christo, vero Regi immortáli : qui vivit et ímparat per sécula Deus, atque veritúrus est judicáre vivos et mórtuos et séculum per ignem.

*Medie lectiones de sancto Eusebio. Lectio iiiij.*

 Empore quo Libérius de exílio revocátus fúerat a Constántio Augústo herético, ut una communióne contaminaret plebem : Eusébius présbyter urbis Rome cepit declarare Libérium heréticu[m], et amicum Constántii. Quo facto occupáтур ecclésia<sup>355</sup> a Libério, ejícitur Felix de episcopátu[m] subrogátur Libérius, tenétur Eusébius

présbyter. Tunc Constántius imperátor aggréditur cum Libério Eusébium presbýterum, dicens, Tu solus Christiánus es in urbe Roma ? Eusébius présbyter respóndit, Sic confidimus in Dómino quia fidéles nos Christus invéniet, sicut et baptizáti sumus : et benedictiōnem servábimus<sup>356</sup> quam a beáto Júlio suscépimus.

*R. Euge serve bone. j. in communi. [804].*

*Lectio v.*

**L**ibérius dixit, Et nos cujus fún-gimur vice ? Nonne anteriórís nostri ? Eusébius présbyter dixit, Ita esset<sup>357</sup> : si perseverásses in fide, quam in persecutióne primo tenére visus fúeras. Libérius dixit présente Augústo, Tam contumácem<sup>358</sup> me exístimas ? Eusébius dixit, Res ipsa docet et declarat. Imperátor Constántius dixit, Et quid est inter fidem

et fidem ? Eusébius présbyter respóndit, Quantum ad nos peccatóres, integritátem tenéntes sumus : quantum ad vos, insánia pleni estis, qui Felícem epíscopum cathólicum : et Dóminum Jesum Christum invocántem, purum sacerdótem ab ómnibus declarátum, in exílium direxistis.

*Responsorium. Justus germinabit. [692].*

*Lectio sexta.*

**J**rátus Constántius subrogátu Líbérii inclúdit Eusébium presbýterum in quoddam cubículum domus sue quod húmile erat, in latitudine pédibus quátuor : et ibi multis ménibus in oratióne constánter perséverans inclúsus, post menses septem dormitióнем accépit decimonóno kaléndas Septémbris. Cujus corpus

cóllegit Gregórius et Orósius presbýteri paréntes ejus : et sepeliérunt in cripta juxta corpus beáti Sixti mártiris et epíscopi in cimitério Calíxti. Ibi et titulum ipsíus soribéntes posuérunt : pro commemoratione hóminis Dei. Hic autem Orósius : étiam hec gesta conscrípsit.

*R. Juravit. iij. in communi. [806].*

[115r.]

*Evangelium secundum Lucam ij. (21.) [Lectio vij.]*

**J**N illo témpore, Postquam consummáti sunt dies octo, ut circunciderétur puer : vocátum est nomen ejus Jesus. Et réliqua.

*Omelia de diversis tractatibus.*

*(Bernardi ser. 2. de circuncis.  
in medio.)<sup>359</sup>*

**P**eque enim quérere est Christiánis, cur volúerit Dóminus circuncídi, propter quid circuncísus est, propter quid passus : propter quid tali ac tanto nómíne vocátus. Nichil horum propter se, sed ómnia propter eléctos : ómnia propter delícta nostra. Quod vocátum est inquit, ab ángelo : priúsqam in útero conciperétur. Vocátum plane non impósitum. Nempe hoc nomen est ei ab etérno. A natúra pròpria habet ut sit Salvátor :

innátum est ei hoc nomen, non índitum ab humána vel angélica creatúra. Sed quid dícimus quod egrégius ille Prophéta hunc ipsum púerum multis nomínibus appellándum fore prédicens, hoc unum tacuisse vidétur, quod solum premónuit ángelus : ut testátur Evangelista, Vocátum est nomen ejus Jesus. Exultávit Esáyas ut videret hunc diem : et vidi et gavisus est. Dénique et loquebátur gratulabúndus et laudans Deum, Puer natus est nobis, et Fílius datus est nobis, cuius impérium super húmerum ejus : et vocábitur nomen ejus admirábilis, consiliárius, Deus fortis, pater futúri séculi, princeps pacis. Magna quidem nómína, sed ubi est nomen quod est

super omne nomen : nomen Jesu in quo omne genu flectáatur ? Forte in his ómnibus unum illud invénies : sed expréssum quodámmodo et effúsum.

Nempe ipsum est de quo sponsa in Cántico amóris : Oleum inquit effúsum nomen tuum.

*Lectio octava.*

**H**abes unum in his ómnibus appellatióibus Jesum : nec omníno aut vocári posset aut esse Salvátor, si forte horum quíppiam defecíset. Nunquid non vere admirábilem eum sumus sínguli expérti, in mutatióne útique naturárum ? Hoc nempe est salvatiónis nostre princípium : cum incípimus respúere quod diligebámus, dolére unde letabámur, amplécti quod timebámus, sequi quod fugiebámus, optáre quod contemnebámus. Admirábilis plane qui hec operátur mirabília. Sed nichilominus et consiliárium sese exhibeat necésse est in electióne peniténtie, et vite ordinatióne : ne forte sit nobis absque sciéntia zelus, ubi tanti boni prudéntia desit. Sane opus est ut Deum quoque probémus in remissióne videlicet peccatórum, quia nec sine hac salus nobis constáre potest : et nemo potest dimíttere peccáta nisi solus Deus.

Verum nec id quidem súfficit ad salútem : nisi fortem quoque experiámur in expugnándo, expugnántes nos, ne ab eísdem rursum concupiscéntiis superémur, et fiant novíssima nostra deterióra prióribus. Vidétur ne áliquid deésse Salvatóri ? Plane deésset quod máximum est, nisi Pater esset futúri séculi ut per eum immortálem resurgerémus qui per preséntis séculi patrem generámur ad mortem. Neque hoc satis, si non étiam Princeps pacis Patri nos reconciliáret, cui traditúrus est regnum : ne forte sicut filii perditiónis útique non salútis resurrectúri viderémur ad penam. Multiplicábitur ejus impérium sane, ut mérito Salvátor dicár : étiam pro multitúdine salvandórum. Et pacis non erit finis : ut veram novéritis esse salútem, que non possit timére defectum : Jesu nómine invocáto.

*Lectio ix. (Idem ser. i. ante medium.)<sup>360</sup>*

**P**ostquam consummáti sunt dies octo ut circunciderétur puer : vocátum est nomen ejus Jesus.

Magnum et mirábile sacraméntum. Circuncíditur puer : et vocátur Jesus. Quid sibi vult ista connexio ?

Circuncísio nempe salvándi magis quam Salvatóris esse vidétur : et Salvatórem circuncídere decet magis quam circuncídi. Sed agnósce Mediatórum Dei et hóminum : qui ab ipso nativitátis sue exórdio divínis humána sóciat ima summis. Náscitur ex muliere : sed cui fecunditatis fructus sic accédat, ut non décidat flos virginitatis. Pannis invólvitur : sed panni ipsis angélicis láudibus honorántur. Abscónditur in presépio : sed próditur stella radiante de celo. Sic et circuncísio veritátēm suscépte humanitatis : et nomen quod est super omne nomen glóriam índicat majestatis. Circuncíditur tanquam verus Abrahe<sup>361</sup> filius : Jesus vocátur tanquam Fílius Dei. Non est in eo nóminalis umbra : sed Jesu véritas manifesta. Célitus quidem indíctum nomen Evangelista testátur : Quod

vocátum est ab ángelo, priúsqam in útero conciperétur. Et atténde verbi profunditátem. Postquam natus est, [115v.] Jesus vocátur ab homínibus : quod vocátum est ab ángelis priúsqam in útero conciperétur. Idem quippe et ángeli Salvátor et hóminis : sed hóminis ab incarnatióne, ángeli ab início creatúre. Vocátum est ergo nomen ejus Jesus, quod vocátum erat ab ángelo : ut in ore duórum vel trium téstium stet omne verbum : et ipsum quod in Prophéta abbreviátum maniféstius in Evangélio légitur caro factum. Vos ergo fratres mei réspicit hec parábola. Jesus enim nec angélico éguit testimónio nec humáno : sed triplex nobis salútis nostre testimónium ab ángelo : María et Joseph reliquit ne forte videámur assumpsisse nomen Dei in vanum.

¶ *In laudibus omnes antiphone dicuntur et cetera omnia sicut in prima die. {1073}.*

¶ *Memoria de sancto Eusebio : et de sancto Laurentio, et cetera.*

In festo assumptionis beate Marie virginis.

**I** In festo<sup>362</sup> assumptionis  
beate Marie virginis.  
Festum principale.

(xv. Augusti.)



[Breviarium 1516:119v.]

Ad j. vespertas.

AS:490; 1520-S:89v; 1531-S:115v.<sup>363</sup>


1. Ant.

IV.i.



5162.

O-ta pulchra es \* amí-ca me-a, et má-cu-la non



est in te : fa-vus dis-tíl-lans lá-bi- a tu- a, mel et lac sub

In festo assumptionis beate Marie virginis.

lingua tu- a, o- dor unguentó-rum tu- ó-rum su-per  
ómni- a a-ró-ma-ta : jam e-nim hy- ems trán-si- it, ymber  
á- bi- it et re-cés- sit, flo-res appa-ru- é- runt, ví-ne- e flo-  
réntes odó-rem de-dé-runt, et vox turtú-ris audí-ta est in  
ter-ra nostra, sur- ge própe-ra a-mí-ca me- a, ve- ni de  
Lí-ba-no, ve-ni co-ro- ná-be-ris. *Ps. Laudáte púeri Dóminum.*  
(cxij.) [313].

AS:491; 1520-S:90r; 1531-S:115v.

2. Ant.

VII.i.

1418.



- nima me- a \* lique-fácta est ut di- léc-tus lo-cú-

In festo assumptionis beate Marie virginis.

tus est, que-sí-vi et non invé-ni il-lum, vo-cá-vi et non  
respóndet michi : inve-né-runt me custódes ci-vi-tá-tis  
percussé-runt me et vulne-ra-vé-runt me, tu-lé-runt pál-  
li- um me-um custó-des mu-ró-rum : fí-li- e Hie-rú-  
sa-lem nunci- á-te di-léc-to qui- a amó-re lángue-o.

*Ps. Laudáte Dóminum omnes gentes. (cxvj.) [320].*

AS:491; 1520-S:90r; 1531-S:115v.<sup>364</sup>

3. Ant.

VII.ii.




Ualis est di-léctus \* tu- us ex di-léc-tis o pulchérrima

mu- lí- e-rum : amí-cus me- us cándi-dus et ru-bi-cúndus e-

sar0100.


In festo assumptionis beate Marie virginis.



léc-tus ex mí-li-bus le-va e-jus sub cá-pi-te me-o : et déx-  
te-ra il-lí- us amplex-á-bi-tur me. *Ps. Lauda ánima. (cxlv.)* [354].

AS:492; 1520-S:90v; 1531-S:115v.<sup>365</sup>

4. Ant.  
VI.  
5098.



A-lis est \* di- léc-tus me- us, et ipse est a-mí-

cus me- us, fí-li- e Hie-rú-sa-lem. *Ps. Laudáte Dóminum  
quóniam bonus. (cxlvj.)* [355].

AS:492; 1520-S:90v; 1531-S:115v.<sup>366</sup>

5. Ant.  
VII.i.  
2155.



Escéndi \* in ortum me- um ut vi-dé-re-m po-ma



convál-li- um et inspi- ce-re-m si flo-ru- íssent ví-ne- e : et



germi-nássent ma-la pú-ni-ca. Re-vérte-re, re-vérte-re Su-ná-

In festo assumptionis beate Marie virginis.

Musical notation for the hymn 'In festo assumptionis beate Marie virginis.' The notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below the staves.

mi-tis : re-vérte-re, re-vér-te-re ut intu-e-ámur te.

*Ps. Lauda Hierúsalem Dóminum. (cxlvij.) [356].*

*Capitulum. (Ecclesiastici xxiiij. [II.])*

**I**n ómnibus réquiem quesívi, et in  
hereditáte Dómini morábor :      ómnium, et qui creávit me requiévit  
tunc precépit et dixit michi Créator      in tabernáculo meo. [R:] [Deo  
grátias.]<sup>367</sup>

*R. Super salutem. infra vj. [de matutinas].*<sup>368</sup> {1179}.

HS:178v; 1520-S:90v; 1531-S:115v.<sup>369</sup>

Hymn.

II.



8362.

quam glo-rí- fi-ca \* lu-ce cho-rús-cas, Stirpis Da-

Musical notation for the hymn 'Hymn. II.'. The notation consists of five staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below the staves.

ví-ti-ce ré- gi- a pro-les : Súblimis ré-si-dens virgo Ma-

rí- a, Supra ce- lí-ge-nas éthe-ris omnes. 2. Tu cum

virgí-ne-o ma-ter honó-re, Ange-ló-rum Dómi-no péc-

to- ris aulam : Sacris viscé-ri-bus casta pa-rás- ti, Na-tus hinc

{1165}

In festo assumptionis beate Marie virginis.

De-us est córpo-re Christus. 3. Quem cunctis vé-ne-rans  
orbis a-dó-rat, Cu-i nunc ri-te ge-nu fléc-ti- tur omne :  
A quo nos pé-timus te ve-ni- én-te, Abjéctis té-nebris  
gáudi- a lu-cis. 4. Hoc largí-re Pa-ter lúmi-nis omnis, Na-tum  
pro própri- um Flá-mi-ne Sancto : Qui te-cum ní-ti-da vi-  
vit in ethra, Regnans et móde-rans sé-cu-la cuncta.  
Amen.

8063. *V. Exaltáta es sancta Dei génitrix.*

*R. Super choros angelórum ad celéstia regna.*

AS:492; 1520-S:91r; 1531-S:115v.

Ant.  
VI.  
sar0012.



S-céndit Christus \* su-per ce-los : et pre-pa-rá-vit

{1166}

In festo assumptionis beate Marie virginis.

su-e castíssime ma-tri immorta- li-tá- tis lo- cum :  
et hec est il-la preclá-ra festí-vi-tas ómni- um  
sanctó-rum festi-vi-tá-ti-bus incompa-rá-bi-lis in qua  
glo-ri- ó-sa et fe- lix mi-rán- ti-bus ce-léstis cú-ri- e  
ordí-ni-bus ad ethé- ri- um pervé-nit thá-lamum,  
quo pi- a su- i mémo-rum ímmemor nequá-  
quam ex- ístat. *Ps. Magníficat. 64\**.

*Oratio.*

**D**eus qui virginálem aulam beáte  
Marie in qua habitáres elígere  
dignátus es : da quésumus, ut sua nos

defensióne munítos, jocúndos fáciat  
sue interésse festivitáti. Qui vivis et  
regnas.

**C** [Deinde fiat]<sup>370</sup> memoria de octava [nominis]<sup>371</sup> Jesu solenniter.

In festo assumptionis beate Marie virginis.

[*Ant. Exúrgens autem.* {1083}].


*V. Omnis terra adóret.* {1083}].

*Oratio. Deus qui gloriosíssimum.* {1047}.]<sup>372</sup>


*Completorium ut in psalterio prenotatum est.*

[AS:493; 1520-S:91r; 1531-P:46r].<sup>373</sup>

4705. Ant. VIII.i.



**G** Ancta \* Ma-rí- a virgo intercé-de pro to-to  
mundo, qui- a ge-nu- ís-ti Re-gem or- bis.



*Ps. Cum invocárem. (iiij.)* [¶62]. [*Ec.*]


*Cap. Tu in nobis.* [¶64].

*Hymnus Salvátor mundi.* [¶69].

*V. Custódi nos Dómine.* [¶67].

AS:396, pl.  $\alpha$ ; 1519-P:184r, 149r; 1520-S:91v; 1531-P:46r.<sup>374</sup>


2952. Ant. IV.iii.



**L** Lo-ri-fi-cámus \* te De- i gé-ni-trix : qui- a ex te  
na-tus est Christus : salva omnes qui te glo- rí-fi- cant.



In festo assumptionis beate Marie virginis.



*Ps. Nunc dimittis. [67].*

*Hoc completorium dicitur quotidie infra octavas.]<sup>375</sup>*

### ¶ *Ad matutinas.*

AS:493; 1520-S:91v; 1531-S:115v.<sup>376</sup>

Invit.

IV.v.



1177.

E-ní- te \* a-do-rémus Re-gem re-gum. †Cu-jus

hó- di- e ad ethé- ri- um Ma- ter Vir- go as-súmpta

est ce-lum. *Ps. Ve-ní-te.* 24\*.

*Hymnus. Quem terra ponthus.* {244}.

### ¶ *In j. nocturno.*

AS:493; 1520-S:91v; 1531-S:115v.

1. Ant.

I.ii.



2547.

C-ce tu pulchra es \* amí-ca me- a : ecce tu pul-

chra ó-cu-li tu- i co-lumbá-rum. *Ps. Dómine Dómius noster.*  
(vij.) [17].


{1169}

In festo assumptionis beate Marie virginis.

AS:493; 1520-S:91v; 1531-S:115v.<sup>377</sup>

2. Ant. II.i.

4937.




I-cut lí-li- um \* in-ter spi-nas, sic a-mí-ca me- a  
in- ter fí- li- as. Ps. Celi ennárant. (xvij.) [34].

AS:493; 1520-S:91v; 1531-S:115v.<sup>378</sup>

3. Ant. III.i.

2855.



A-vus dis-tí-lans \* lá- bi- a tu- a sponsa : et o-  
dor vesi-mentó-rum tu- ó-rum si-cut odor thu- ris.

Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].

¶. Sancta Dei génitrix virgo semper [María].<sup>379</sup> [194].

[116r.]



*Lectio j. (Hiero. in episto. ad Paulam et Eustochium.)<sup>380</sup>*

**C**Ogitis<sup>381</sup> me o Paula et Eustóchium, immo cháritas Christi me compéllit : qui vobis dudum tractáibus loqui con-suéveram, ut novo loquéndi génere, sanctis que vobíscum degunt vir-gínibus, Latíno utens elóquio, exhortatiónis grátia, sermónenm fáciam de assumptióne beáte et glorióse semper Vírginis Maríe, more eórum qui declamatórie in ecclésiis solent

loqui ad pópulum, quod útique genus docéndi necdum attígeram. Sed quia negáre néqueo quicquid injúngitis, nímia vestra devíctus dilectióne : expériar que hortámini, afféctu infántium, more balbutiéntium, qui que-cúnque audíerint fari géstunt, cum necdum possint ad plenum verba formáre. Tu autem Dómine [miseré nostri].<sup>382</sup>

AS:493; 1520-S:92r; 1531-S:116r.<sup>383</sup>

1. Resp.

III.

**V**I-di \* spe-ci- ó- sam si-cut co-lúm-bam as-

7878.

In festo assumptionis beate Marie virginis.

cendéntem dé-su-per ri-vos aquá- rum, cu-jus in-esti-  
má- bi-lis odor e-rat ni- mis in vestimén-tis e-  
jus. †Et si-cut di- es ver- ni circundá-bant e- am flo-res  
7878a. ro-sá- rum et lí- li- a convá- li- um. ⁊. Que est  
is- ta que ascéndit per de-sértum si-cut vírgu-la  
fumi ex a-romá-ti- bus mir- rhe et thu- ris.  
†Et si-cut.

*Lectio ij.*

**I**Dcírco máxime expéiar, quia propter simpliciores quasque id me deprómere compéllitis, ut hábeant sermóne Latino quibus se óccupent, láudibus ex eádem die, quibúsve

divínis vacent lectónibus, presértim cum et eádem in multis festivitatibus multórum sanctórum patrum stúdia, miro cùderint elóquio : que de hac quidem ubérius ubíque in scriptúris

In festo assumptionis beate Marie virginis.

divinis predicata leguntur. Quid enim aliud sonant Evangelia, nisi nascéntem Dóminum ex María vírgine ? Et ómnia ejus increménta duntáxat divinis efférunt precóniis.

Porro ab exordio sancti Evangélii Gabrélem archángelum colloquéntem Maríe audístis : et deinceps réliqua ómnia plénius legístis. Tu autem Dómine.

AS:494; 1520-S:92r; 1531-S:116r.<sup>384</sup>

2. Resp.

IV.



Ue est is- ta \* que pro-céssit si-cut sol

7455.

et formó-sa tanquam Hie-rú-sa- lem ? †Vi-dé- runt

e- am fí-li- e Sy-on et be- á-tam dix-é- runt

7455b.

et re-gí-ne lauda-vé- runt e- am. ⁊ Si-cut di- es

verní circundá-bant e- am flo-res ro-sá- rum : et lí-li-

a convál- li- um. †Vi-dé- runt.

*Lectio ij.*

**A**D presépe quoque o Paula te teste, nato púero multitúdinem angelórum inter crepúndia novi partus et querélas néscii plorátus profescénninis, glória in excélsis Deo et in terra pax homínibus bone voluntatis cantántem audísti : et radiántem stellam vidísti. Pastóribus ínsuper evangelizántibus credidísti. Magos pretérea tria deferéntes múnera, in visióne beátis óculis conspexísti : ipsa éadem múnera bene intelligéndo votis ómnibus fide Deo obtulísti, nam et eum eisdem magis

Deum púerum in presépe adorásti. Sed forte conquésta me delatórem quod te prodíderim clamábis. Ad quod ego, Si celátum esse volébas teste consciéntia : michi narráre ante presépium ubi plúrimum lachrymáta es non debúeras. Quod ut verum fátear Christi precónia étiam si volúero adjurátus, neque tuas laudes omníno tacere queo. Idcírco te tue intérrogent filie, quas lacte nutris, tu ea mélius reserábis : que néscio si per spéciem áliquam certe aut<sup>385</sup> in spíritu vidísti. Tu.

AS:494; 1520-S:92v; 1531-S:116r.<sup>386</sup>


3. Resp.  
II.

6994. 

S-ta est \* spe-ci- ó- sa inter fi-li- as Hie-  
 rú-sa- lem si-cut vi-dís-tis e- am ple-nam ca-ri- tá-te  
 et di- lecti- ó- ne. †In cu-bí-li-bus et in or- tis  
 6994b. a- ró-ma- tum. ¶ Is- ta est qui ascéndit de



In festo assumptionis beate Marie virginis.



de-sér-to de-lí-ci- is áf- flu- ens. †In cu-bí-li-bus.

¶. Glória. 93\*. †In cubílibus.

¶ *In ij. nocturno.*


AS:495; 1520-S:92v; 1531-S:116r.<sup>387</sup>

4. Ant.

IV.i.



- mis- si- ónes \* tu- e pa-ra-dí- sus ma-ló-rum pu-



ni-có-rum cum pomó-rum frúc-ti-bus. *Ps.* Eructávit. (*xliij.*) [206].


AS:495; 1520-S:92v; 1531-S:116r.<sup>388</sup>

5. Ant.

V.i.



Ons ortó- rum \* pú-te- us aquá- rum vi-vénti- um :



que flu- unt ímpe-tu de Lí-ba-no. *Ps.* Deus noster refúgium.

(*xlv.*) [207].

AS:495; 1520-S:92v; 1531-S:116r.<sup>389</sup>

6. Ant.

VI.



E-nit di-léctus \* me- us in ortum su- um ut có-me-

2641.

2887.

5329.



dat fruc-tum pomó-rum su-ó-rum. Ps. Fundaménta. (*lxxxvj.*)  
[270].

XV. Post partum. [187].

*Lectio iiiij.*

[116v.] **N**de vos o filie, pulsáte Matrem  
précibus : pulsáte ad óstium  
invitántis amíci, si quo modo tandem  
vobis aperiántur que reseráta sunt  
Matri. Verúntamen de his quid plura  
dicámus<sup>390</sup> ? Omnia Salvatóris gesta  
et beáte Marie obséquia : necnon  
actus vite ex Evangélio didicístis. Et  
nunc quid súperest ut aliquem  
doctórum requirátis ? De assumpti-  
ónē tamen ejus, quáliter assúmpta est,  
quia vestra id depóscit inténtio,  
preséntia absens describere curávi, que  
abséntia presens devótus óbtuli, ut  
hábeat sanctum collégium vestrum in  
die tante solennitatis munus Latíni

sermónis, in quo discat ténera infántia  
lactis experíri dulcéinem, et de  
exíguis exímia cogitáre, quáliter  
favénte Deo per síngulos annos, tota  
hec dies expendátur in laudem, et  
cum gáudio celebrétur : ne forte si  
vénerit in mánibus vestris illud  
apócriphum de tránsitu ejúsdem  
Vírginis, dúbia pro certis recipiátis :  
quod multi Latinórum pietatis amore  
stúdio legéndi cárius amplectúntur,  
presértim cum ex his nichil áliud  
experíri potest pro certo, nisi quod  
hodiérrna die gloriósa migrávit a  
córpo.

AS:495; 1520-S:93r; 1531-S:116v.<sup>391</sup>

4. Resp. VIII.

7340.  Rná- tam \* mo-ní- li bus fí-li- am Hie- rú-

sa- lem Dó-mi-nus concu- pí- vit. †Et vi-déntes

In festo assumptionis beate Marie virginis.

The musical notation consists of four horizontal lines representing a single staff. Red neumes are placed on these lines according to the chant's melody. Below the staff, the lyrics are written in a Gothic script, divided into lines by vertical bar lines. The lyrics are:

e-am fi-li- e Sy- on be-a- tíssimam pre-di- ca-  
vé- runt di-cén-tes, Unguéntum ef-fú- sum  
no-men tu- um. V. Asti- tit re-gí-na a  
dextris tu- is in vésti-tu de- aurá-to circúnda-ta va-  
ri- e-tá- te. †Et vi-déntes.

7340a.

*Lectio v.*

**A**Onstrátur autem sepúlchrum ejus, cernéntibus nobis, usque ad presens in vallis Jósaphat médio : que vallis est inter montem Syon et montem Olivéti pósita, quam et tu o Paula óculis aspexísti. Ubi in ejus honóre fabricáta est ecclésia miro lapídeo tabulátu, in qua sepúlta fuísse ut scire potéstis : ab ómnibus íbidem predicáтур, sed nunc vácuum esse cernéntibus osténditur. Hoc idcírco díixerim, quia multi nostrórum dúbitant, utrum assúmpta fúerit simul

cum córpore : an obíerit relícto córpore. Quómodo autem, vel quo témpore, aut a quibus persónis sanctíssimum corpus ejus inde ablátum fúerit, vel ubi transpósitus, utrum vero surréxerit,<sup>392</sup> néscitur. Quamvis nonnúlli astrúere velint eam jam resuscítatam : et béata cum Christo immortalitaté in celéstibus vestíri. Quod et de béato Johánne evangelísta ejus minístro, cui vírgini a Christo Virgo commíssa est plúrimi asséverant : quia in sepúlchro ejus ut

In festo assumptionis beate Marie virginis.

fertur non nisi manna invénitur, quod et scaturíre cérritur. Verúntamen quid horum vérius censeátur : am-bígimus. Mélius tamen Deo totum,


cui nichil impossíbile est commítimus : quam áliquid témere diffiníre vélimus auctoritáte nostra quod non probámus.

AS:496; 1520-S:93r; 1531-S:116v.<sup>393</sup>

5. Resp.   
IV.

7657. 

I-cut cedrus \* ex-al-tá-ta sum in Lí-  
 ba- no et si-cut Cyprés-sus in mon- te Sy- on,  
 qua-si mir- ra e- léc- ta. †De-di su- a-vi-tá-tem  
 7657a. o- dó- ris. ⁊ Et si-cut cy-namómum et bál-  
 sa- mum a- romá- ti- zans. †De-di.



*Lectio vj.*

**D**E his quoque quos cum Dómino teste Evangélio resurrexisse crédimus, sed utrum redierint in terre púlverem, certum non habémus : nisi quod légimus quia multa córpora sanctórum qui dor-

mierant surrexérunt, ac venérunt in sanctam civitátem, scílicet Hierúsalem, et apparuérunt multis. De quibus profecto nonnúlli doctórum sensérunt, étiam et in suis reliquérunt scriptis, quod jam in illis perpétua sit

In festo assumptionis beate Marie virginis.

compléta resurréctio. Faténtur enim quod veri testes non essent : nisi et vera esset eórum resurréctio. Unde et beatus Petrus dixisse légitur, cum de David loquerétur in testimónium : Et sepúlchrum inquit ejus apud nos est : quasi non sit ausus dícere, quod ipse aut corpus ejus apud nos est, sed tantum sepúlchrum quo cónditus fúerat. Hinc áiunt resurrexisse et ipsum cum céteris sanctis, et ídeo vácum remansisse monuméntum : uti nunc beáte Maríe cérnitur. Quod sane factum est et de áliis quibúslibet locis scripturárum firmáre conántur : quod hi cum Christo jam regnent resuscitáti, in etérrna societáte. Quod quia Deo nichil est impossíbile, nec

nos de beáta María factum abnúimus : quamquam propter cautélam, salva fide, pio magis desidério opinári opórteat, quam inconsúlte diffiníri,<sup>394</sup> quod sine perículo néscitur. Unde de his ex quibus certi sumus tantísper loquámur ad exhortatióñem vestram qualicúnque sermóne ad edificatióñem et laudem nóminis Dei : ut et religio conservétur pro famulátu, et devótio augeátur pro afféctu. Quóniam hoc est Virgo que sola intéremit [117r.] univérsam heréticam pravitátem, sola sit post Deum que nos confírmet in omni bonitáte<sup>395</sup> : suíisque commén- det méritis, et précibus auxiliétur : ut ipsi digni inveniámur in ejus láudibus. Tu autem.

AS:496; 1520-S:93v; 1531:117r.<sup>396</sup>


6. Resp. III. 7726.



U-per sa-lú- tem \* et omnem pulchri-tú-di-

nem di-lécta es a Dó- mi- no, et Re-gí-na Ce-

ló-rum vo-cá- ri digna es. †Gaudent cho-ri ange-




In festo assumptionis beate Marie virginis.




ló- rum. ‡Consór-tes et concí-ves nos-tri.

7726d.

¶ Val- de te nos opórtet ve-ne-rá- ri que tam sanc-



ta et intác- ta es Vir- go. †Gaudent. ¶ Gló- ri- a. 93\*.



‡Consór-tes.

¶ *In iij. nocturno.*


AS:496; 1520-S:93v; 1531-S:117r.<sup>397</sup>

5325.


7. Ant.  
VII.iv.



E-ni \* in ortum me-um so-ror me-a spon- sa,



méssu- i mir-ram me- am cum a-romá-ti-bus me- is.



*Ps. Cantáte. j. (xcv.) [278].*

In festo assumptionis beate Marie virginis.

AS:497; 1520-S:93v; 1531-S:117r.<sup>398</sup>


8. Ant.

VIII.i.



1856.

Ome-di \* fa-vum cum mel-le me- o, bi- bi vi-



num me- um cum lacte me- o. Ps. Dóminus regnávit  
exultet. (xcvj.) [278].


AS:497; 1520-S:94r; 1531-S:117r.<sup>399</sup>

9. Ant.

VII.ii.



Urge a-quílo \* et ve-ni auster, perfla ortum me-



um et flu- ent a-róma- ta il-líus. Ps. Cantáte. [ij.] (xcvij.)  
[289].

¶. Speciosa facta es et suávis. [481].

*Secundum Lucam x. (38-42.) [Lectio vij.]*

**I**N illo tempore, Intrávit Jesus in quoddam castéllum : et múlier quedam Martha nómine excépit illum in domum suam. Et huic erat soror nómine María, que étiam sedens secus pedes Dómini audiébat verbum illíus. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

**A**Dvéniens Cónditor mundi pro redemptióne géneris humáni, cum dives esset pauper pro nobis fieri

vóluit : ut sua paupertáte nos dívites fáceret. Qui étiam de sinu Patris descéndens, tantum pro nobis humiliári dignátus est : ut própriam domum non habéret, ubi caput reclináret. Qui concéptus est de Spiritussáncto intra úterum Vírginis ut Deus : sed natus humíliter ut homo. De cujus ortu Psalmísta lóquitur, Etenim Dóminus dabit benignitátem : et terra nostra dabit

In festo assumptionis beate Marie virginis.

fructum suum. Dóminus nempe dedit benignitátem : quando genus humánum a reátu prime prevaricatiónis per Unigénitum suum liberare dispósuit. Sive certe dedit benignitátem : quia ejus ingréssu virginális úteri templum, Spiritus-

sáncti grátia consecrávit. Terra autem nostra dedit fructum suum : quia éadem Virgo que de Adam corpus assúmpserat, Fílium géniuit, divinitáte quidem Deo Patri coequálem : sed sibi carnis veritáte consubstantiálem.

AS:497; 1520-S:94r; 1531-S:117r.<sup>400</sup>

7. Resp.  
IV.

7461.  Uam pulchra es \* amí-ca me- a, quam pulchra  
 es et de-có- ra, ó-cu-li tu- i co- lumbá- rum. †Absque  
 7461za. e- o quod intrín-se-cus la- tet. ⁊. Si-cut  
 vit-ta coccí-ne- a lá-bi- a tu- a : et e-lóqui- um  
 tu- um dul- ce. †Absque.



*Lectio viij.*

Cum ergo pérgeret Dóminus per civitátes et castélla atque vicos evangélium regni annunciándo : intrávit Bethániam ubi erat domus

Marthe et Maríe, ubi étiam Dóminus quatriduánum Lázarum fratrem eárum resuscitávit a mórtuis. Martha ergo accépit Dóminum in domum suam, illi nimírum ministratúra in mundo : cui ángeli minístrant in celo. Felíces illi : qui Dóminum in domum suam suscípere meruérunt. Illi quoque Dóminum in domum suam suscípiunt : qui fidéliter ejus precépta áudiunt, libentiúsque ópere adímplent. María vero que quondam peccátrix pedes Dómini láchrymis rigáverat, et capíllis suis téserat, quia multa ei peccáta dimíssa fúerant, multum diligébat : et ídeo devotíssima circa pedes Dómini frequen-tábat, devóto corde verbum illíus

audíre cúpiens. Martha ítaque Dómi-num páscre dispónens, et préparans ei cibos : circa multa ministéria occu-pabátur. María vero soror ejus pasci magis elégít a Dómino : sedítque circa pedes ejus, vacánsque audiébat ver-bum illíus. Que quanto humílius sedébat : tanto ámplius capiébat. Sed quia mélior est reféctio ánime, quam preparátio cibórum corporálium : recte Martha a Dómino dícitur, Martha Martha sollícita es : et turbáris erga plúrima. Porro unum est neces-sárium. Ac si ei Dóminus díceret, Tu quidem in curis et sollicitudínibus et labóre es pósita, sed unum est necessárium quod María elégít.

AS:497; 1520-S:94r; 1531-S:117r.<sup>401</sup>

8. Resp.

VI.



E-á- ta es \* Vir-go Ma-rí- a De- i Gé-ni- trix

que cre-di-dí- sti Dómi- no per- fécta sunt in te

que dicta sunt ti- bi. †Ecce ex-al-tá-ta es su-per

6165.

In festo assumptionis beate Marie virginis.

cho-ros ange- ló- rum, intercé-de pro no- bis  
6165b. ad Dómi-num Je-sum Chris- tum. *V. Be-ne-díc-ta*  
et ve-ne-rá-bi-lis es Vir-go Ma- rí- a : que si-ne tactu  
pudó-ris invénta es Ma-ter Salva- tó- ris. *†Ecce.*

*Lectio nona.*

**M**On pars Marthe reprehénditur : sed Marie prepónitur. Per has enim duas diléctas soróres, due sancte ecclésie vite designántur : actíva scílicet et contemplatíva. Martha actívam vitam signíficat : qua próximo in caritáte sociámur. María autem con-[117v.] templatívam : qua in amóre Dei suspirámus. Actíva vita est esuriénti cibum tribúere, sitiénti potum : et cétera ópera misericórdie impéndere. Contemplatíva est, ómnibus curis séculi remótis, soli Deo inherére, oratióni, et lectíoni vacáre : mente et desidério angelórum chorus interésse.

Sciéndum vero est quia cum actíva vel contemplatíva ex grátia Dei sint : una nobis in necessitaté est, áltera in voluntaté. Quis enim ad Dei regnum ingréditur, nisi bene prius operétur ? Sine contemplatíva vero vita, intráre possunt ad celéstem pátriam : qui bona que possunt operári non négligunt. Actíva ergo est in necessitaté : contemplatíva in voluntaté. Illa in labóre : ista in réquie. Illa in via : ista in pátria. Dénique actíva in presénti século inchoátur : et in presénti vita finítur. Quis enim in futúra vita mórtuum sepélieret, ubi nemo móritur,

sed est vita perénnis ? Quis ibi esuriénti cibum tríbuet, ubi nemo esúrit ? Contemplatíva autem vita hic quidem inchoátur, sed in futúro perficiétur : quia quod nunc vidémus per spéculum in enigmáte, tunc vidébimus fácie

ad fáciem, quando percipiémus illud quod óculus non vidiit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit, quod preparávit Deus diligéntibus se. Tu autem Dómine miseré [nostrí].<sup>402</sup>

**C** Ista sequens lectio legatur ad primam in capitulo : et sic fiat quotidie per octavas assumptionis et nativitatis beate Maris tantum.<sup>403</sup>

*Lectio ad primam.<sup>404</sup>*

[Hieronymi ubi supra, et cetera per totam octavam.]<sup>405</sup>



Uod si queráratur, post ascensionem Dómini quid égerit virgo María, unum pro certo est : quia virgo sancta córpore et mente permánsit. Quam sane ángelus Gábel acsi celéstis paranýmphus intáctam custódívít, et Johánnes apóstolus et evangelista, cui Christus eam de cruce commísit, virgo vírginem servávit : suisque ei deservívit obséquiiis. Non quod éximius ille sanctórum chorus apostolórum eam deserúerit : inter quos post resurrectíonem intrans et éxiens, familiárius cóntulit de Christi incarnatióne, tanto síquidem vérius quanto ab início plénius per Spíritum Sanctum cuncta didícerat, et perspéixerat óculis univérsa, licet apóstoli per eúndem Spíritum Sanctum ómnia cognovérunt, et in omnem edócti pervenérunt veritátem.

Quam sane beatam vírginem, et si omnes veneráti sunt discípuli, eíque famulabántur offício dilectionis : Johánnes tamen ámplius ac speciálius usque ad finem vite, qui sibi commíssam accépit in suam quasi matrem filius, cui benígnus Magíster de cruce inquit, Múlier ecce filius tuus : ad discípulum autem, ecce mater tua ut virgo vírgini coheréret, et deservíret officiosíssime cura adop-tiónis. Non enim pudicíssima virgí-nitas alícuí discipulórum réctius quam vírgini commendátur, ut esset adín-vicem grata societas, et flóridus aspéctus, necnon [et] venústus con-versándi [vultus] vernans alternátim pudicitíarum splendóre<sup>406</sup> decorátus. Una síquidem virtus virginitatis in ambóbús : sed áltera pótior in María. Altera quidem, quia fecúndior : sed ipsa. Ipsa vero : sed áltera. Quia et si

ipsa eadémque incorrúptio : tamen fecúnditas integratíris longe gloriósior est quam virgíntas. Idcírco et fecún-  
ditas in illa tota deificáta est et virgíntas. Alíquoquin, nusquam secún-  
dum natúram nascéndi virgíntas, ubi  
fecúnditas predicátur : neque fecún-  
ditas ubi virgíntas intégra conser-  
vátur. Ideóque totum superexcéllunt  
que de illa dicúntur, quia sunt divína

atque ineffabília. Unde virgíntas et  
fecúnditas prolis superemíneus nótitas  
est : quanquam humánum cernátur ex  
carne quod násctitur. Verúntamen et  
si magníficéntior multum virgíntas in  
María propter grátie excelléntiam, una  
tamen intégitas carnis et una virtus,  
que adínvicem quasi cognáta  
sociántur.


AS:498, 572; 1519:100v. 1520-S:94v; 1531-S:117v.<sup>407</sup>

9. Resp. 6725. I.

E-líx namque es \* sacra Virgo Ma- rí- a,  
et omni lau-de dignís- si-ma. †Qui- a ex  
te ortus est Sol justí- ci- e Christus De- us  
nos- ter.

[In tempore paschali. Al-le- lú- ya. ]<sup>408</sup>

In festo assumptionis beate Marie virginis.



6725a.

X. O-ra pro pópu-lo, intérve-ni pro cle-ro, inter-  
cé-de pro de-vó-to femí-ne-o sex-u: sénti- ant omnes  
tu- um le-vámen qui-cúnque cé-lebrant tu- am commemo-  
ró- nem. †Qui- a. X. Gló-ri- a. 93\*. †Qui- a.

¶ *Per octavas quando de tertio nocturno dicitur tunc erit hoc sequens R. iij.*


AS:498; 1520-S:95r; 1531-S:117v.<sup>409</sup>

3. Resp.

VIII.



6172.



X. Magní-fi- cat á-nima me- a Dómi- num : et ex-ul-

[118r.]

In festo assumptionis beate Marie virginis.

1

tá-vit spí-ri-tus me-us in De-o sa-lu- tá- ri me-

o. †Qui- a. ⁊Gló-ri- a. 95\*. ‡Et sanctum.

8063. ⁊Exaltáta es sancta Dei génitrix.

R. Super choros angelórum ad celéstia regna.

¶ In laudibus.

AS:499; 1520-S:95r; 1531-S:118r.<sup>410</sup>

1. Ant. VII.i

1503.  S-súmpta est \* Ma-rí- a in ce- lum, gaudent ánge-

li laudántes be-ne-dí-cunt Dómi-num. Ps Dóminus regnávit.


(xcij.) [45]  
AS:499; 1520-S:95r; 1531-S:118r.<sup>411</sup>

2. Ant. VIII.i

3707.  A-rí- a vir- go assúmpta est \* ad ethé-re- um

thá-lamum : in quo Rex re-gum stel-lá-to se- det só-li- o.

In festo assumptionis beate Marie virginis.



*Ps Jubiláte. (xcix.) [46].*

AS:499; 1520-S:95r; 1531-S:118r.


3. Ant.

IV.v.



N odó-rem \* unguentó-rum tu-ó-rum cùrrimus a-

3261.



do-lescéntu-le di-lex-é-runt te nimis. *Ps Deus Deus meus.*  
(lxij.) [47].

AS:499; 1520-S:95v; 1531-S:118r.<sup>412</sup>


4. Ant.

VII.v.



E-ne-díc- ta \* a fí- li- o tu- o dómi-na : qui- a per

1705.



te frúctu- i vi- te commu-ni-cá-vimus. *Ps Benedícite.*

(Daniel iij.) [48].

AS:499; 1520-S:95v; 1531-S:118r.<sup>413</sup>


5. Ant.

I.iv.



Ulchra es et de-có-ra \* fí-li- a Hie-rú-sa- lem : terrí-

4418.



bi-lis ut castró-rum á-ci- es ordi-ná-ta. *Ps Laudáte. (cxlvij.) [49].*

In festo assumptionis beate Marie virginis.

*Capitulum.* In ómnibus réquiem. {1165}.

*Hymnus.* O gloriósa fémina. {267}.

8046. *V.* Elégit eam Deus [et preelégit eam].

*R.* Habitáre eam fecit in tabernáculo suo].<sup>414</sup>

AS:499; 1520-S:95v; 1531-S:118r.<sup>415</sup>

4425. Ant. I. ix.

Ue est ista \* que ascéndit si-cut auró-ra consúrgens,

pulchra ut lu-na, e-lécta ut sol : ter- rí-bi-lis ut cas-

tró-rum á-ci- es ordi- ná-ta. Ps. Benedíctus. 52\*.

*Oratio.*

**V**eneranda nobis Dómine hujus  
diéi festívitas opem cónferat  
sempitérnam : in qua sancta Dei  
génitrix mortem súbiit temporálem,

nec tamen mortis néxibus déprimi  
pótuit, que Fílium tuum Dóminum  
nostrum de se géniuit incarnátum.  
Qui tecum vivit.

**C Ad j.**

*Ant.* Assúmpta est. *j. de laudibus.* {1188}.

*Ps.* Deus in nómine. (*lijj.*) [95].

**C Ad iij.**

*Ant.* María virgo. *ij. de laudibus.* {1188}.

*Ps.* Legem pone. (*cixvij. 33.*) [132].

*Capitulum.* In ómnibus réquiem. {1165}.

In festo assumptionis beate Marie virginis.

AS:404; 1519-S:50r; 1520-S:95v; 1531-S:25r.<sup>416</sup>


Resp.

IV.




7568.

Ancta De- i gé-ni-trix. †Virgo semper Ma-rí- a. ij.



7568a.

¶. Intercé-de pro no-bis ad Dómi-num De- um nostrum.



†Virgo. ¶. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.



Sancta.

*Et dicitur ab aliquo clero de ij. forma cum eodem cantu qui in die purificationis beate Marie hac die tantum, per octavas vero et in octava dicitur cantus super dicta responsoria sicut in commemoratione ejusdem.*

AS:500.

Resp.

VI.



Ancta De- i gé-ni-trix. {270}.

¶. Post partum [virgo].<sup>417</sup> [188].

Oratio. Veneránda nobis. {1190}.

### ¶ Ad sextam.

Ant. In odórem. ij. de laudibus. {1189}.

[Ps. Defécit. (cxvij. 81.) [141].]<sup>418</sup>

In festo assumptionis beate Marie virginis.

*Capitulum. Ecclesiastici xxiiij. (15.)*

**T** sic in Syon firmáta sum, et in  
civitáte sanctificáta simíliter re- | quiévi : et in Hierúsalem potéstas  
mea.

AS:404, 527; 1519-S:50v; 1520-S:96r; PEN:524r.<sup>419</sup>

7400. Resp. VI.  Ost partum virgo. †Invi-o-lá-ta permansís-ti. *ij.*

7400a.  De-i gé-ni-trix intercé-de pro no-bis. †Invi-o-lá-ta.

 Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i Sancto.

Post partum.



¶ Speciosa facta [es].<sup>420</sup> [481].

*Oratio ut supra.* {1190}.

### ¶ *Ad ix.*

*Ant.* Pulchra es et. *v. de laudibus.* {1189}.

[*Ps. Mirabilia testimónia.* (cxvij. ix.) [150].]

*Capitulum. Ecclesiastici xxiiij. (16.)*

**T** radicávi in pópulo honori- | heréditas illius : et in plenitúdine  
ficáto, et in partes Dei mei | sanctórum deténtio mea.

In festo assumptionis beate Marie virginis.

AS:404; 1519-P:50v; 1520-S:96r.<sup>421</sup>

Resp.

VI.



Pe-ci- ó-sa facta es. †Et su- á-vis. ij. ¶ In de-lí-

sar0665.

sar0665a.

ci- is tu- is sancta De- i gé-ni-trix. †Et su- á-vis.

¶ Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.

Spe-ci- ó-sa.

¶ Elégit eam [Deus et preelégit eam].<sup>422</sup> [579].

*Oratio ut supra.* {1190}.

*Supradictus ordo horarum servetur per totas octavas.*

### ¶ *Ad ij. vesperas.*

*Ant.* Assúmpta est. *j. de laudibus.* {1188}.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

*Ps.* Confitébor. (*cx.*) [312].

*Ps.* Beátus vir. (*cxj.*) [313].

*Ps.* De profúndis. (*cxxix.*) [333].

*Ps.* Meménto [Dómine].<sup>423</sup> (*cxxxj.*) [337].

*Idem psalmi cum predicta antiphona dicantur singulis diebus per octavas.*

[*Ad vesperas per octavas*]<sup>424</sup> *Capitulum.* In ómnibus réquiem [quesívi].<sup>425</sup> {1165}.

In festo assumptionis beate Marie virginis.


AS:500; 1520-S:96r; 1531-S:118r.<sup>426</sup>

6262. Resp. I.

 An- di-da \* virgí-ni-tas pa- ra- dý- si  
ca- ra co- ló- nis, or- tus con- clú- sus flo-  
rénti céspi-te ver- nans. †Cu- i mé- ri-to mun-  
dus cé- lebrat. ‡Pre- có-ni- a

6262a.

to-tus. ⁊ Que mé-ru- it Dó-mi-num pro-ge-ne-rá-re  
su- um. †Cu- i. ⁊ Gló- ri- a Pa- tri et Fí-li- o :  
et Spi-ri-tu- i Sanc- to. ‡Pre- có-ni- a.



In festo assumptionis beate Marie virginis.

*Require in purificatione beate Marie pro hymno dicatur sequentia Letabundus.*<sup>427</sup>

HS:179v; 1519-S:51v; 1520-S:96v; 1531-S:25r.<sup>428</sup>

Seq. VI.

*a<sup>1</sup>.*

E- ta-búndus \* ex-últet fi-dé-lis cho-rus al-le- lú- ya.

*a<sup>2</sup>.*

Re-gem re-gum intácte pro-fú-dit tho-rus res mi- ránda.

*b<sup>1</sup>.*

Ange-lus consí-li- i na-tus est de Vírgi-ne sol de stel-la.

*b<sup>2</sup>.*

Sol occá-sum nésci- ens, stel-la semper rú-ti- lans semper

*c.*

cla- ra. Si-cut<sub>2</sub> sy-dus rá-di- um pro-fert virgo fí-li- um

pa-ri forma. Neque sy-dus rá-di- o : neque ma-ter Fí- li- o

*d<sup>1</sup>.*

fit cor-rúp-ta. Cedrus al-ta Lí-ba- ni conformá-tur ý-sopo

val-le nostra. Verbum ens Altíssi-mi corpo-rá-ri pas-sum

*d<sup>2</sup>.*

508017.  
ah54002.

In festo assumptionis beate Marie virginis.

The musical notation consists of five staves of square neumes on four-line red staves. The voices are labeled with letters above the staves: *e*, *f*, *g*, *f'*, and *g'*. The lyrics are written below each staff, corresponding to the neumes. The text is in French and Latin, including "est carne sump-ta.", "E-sa- y- as cé-ci-nit sy-na-gó-ga", "mémi-nit : nunquam tamen dé-si-nit esse ce- ca. Si non", "su- is vá-ti-bus cre-dat vel gentí-li-bus, Si-bi-lí-nis vér-si-bus", "hec pre-díc-ta. In fe-lix própe-ra. Cre-de velvé-te-ra.", "Cur damná-be- ris gens mí-se-ra. Quem do-cet lítte-ra.", and "Na-tum consí-de-ra. Ipsum gé-nu- it pu- érpe-ra. A-men."


¶. Exaltáta es sancta Dei génitrix. {1188}.

AS:500; 1520-S:97r; 1531-S:118r.

3105. Ant.  
VIII.i. 

Odi- e \* Ma-rí- a virgo ce-los as-céndit gaudé-te :

In festo assumptionis beate Marie virginis.



qui- a cum Christo regnat in e-térnum. *Ps. Magníficat. 61\**.

*Oratio. Veneránda nobis. ut supra. {1190}.*

*Quotidie infra octavas dicatur completorium ut in psalterio prenotatum est. [399].*


*Quotidie infra octavas nisi in dominica hoc modo fiat servitium.*

### ¶ *Ad matutinas.*

AS:500; 1520-S:97r; 1531-S:118r.

Invit.

IV.i.



1086.

N honó- re \* be- a- tís-sime Ma- rí- e vír-gi-nis.



†Ju-bi-lémus Dó-mi-no. *Ps. Ve-ní- te. 13\**.


HS:146r; 1520-S:97r.<sup>429</sup>

Hymn.


II.



Uem ter- ra ponthus éthe-ra,\* Co-lunta-dó-rant pré-



di-cant : Tri-nam re-géntem má-chi-nam, Clastrum Ma-rí-



e bá- ju-lat. 2. Cu- i lu- na, sol, et ómni- a, De-sér-vi- unt

{1197}

8375.

Per octavas assumptionis.

The musical notation consists of six staves of square neumes on a four-line staff system. The key signature is one flat (B-flat). The lyrics are written below each staff, corresponding to the neumes. The hymn is divided into numbered sections (1 through 6) by vertical double bar lines.

per témpo-ra : Perfú-sa ce-li grá- ti- a, Ges-tant pu- él-le  
vís-ce-ra. 3. Be- á- ta Ma-ter mú-ne-re, Cu-jus su-pérnus  
ár-ti-fex : Mundum pu-gíl-lo cón-ti-nens, Ventris sub ar-  
cha clausus est. 4. Be- á- ta ce-li núnci- o, Fe-cúnda Sancto  
Spí- ri-tu : De-si-de-rá-tus gén-ti-bus, Cu-jus per al-vum  
fu-sus est. 5. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne, Qui na-tus es  
de Vír-gi-ne : Cum Patre et Sancto Spí- ri-tu, In sempi-  
térna sé-cu-la. Amen.

Per octavas assumptionis.

*Super novem psalmos dicuntur sequentes antiphone.*

AS:500; 1520-S:97v; 1531-S:118r.

1. Ant.

IV.v.



X-al-tá-ta es \* sancta De- i Gé-ni-trix : su-per cho-

2762.

ros ange-ló-rum ad ce-lésti- a regna. Ps. Dómine Dóminus  
noster. (vij.) [17].

AS:pl. β; 1519:98r; 1520-S:97v; 1531:11v.<sup>430</sup>

2. Ant.

IV.v.



I-cut mir-ra e- lécta \* odó-rem de-dís-ti su- a-vi-

4942.

tá- tis, sancta De- i gé-ni-trix. Ps. Celi enárrant. (xvij.) [14].

AS:500; 1520-S:97v; 1531-S:118r.<sup>431</sup>

3. Ant.

IV.v.



A-ra-dí-si por-te \* per te no-bis a-pérte sunt

4215.

quas hó-di- e glo-ri- ó-sa cum ánge-lis tri- úmphas.


Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].

Per octavas assumptionis.

AS:664, pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:97v; 1531:11v.<sup>432</sup>

4 Ant.  
VII.ii.  
4987. 

Pé-ci- e tu- a \* et pulchri-tú-di-ne tu- a : inténde




próspe-re pro-cé-de et regna. Ps. Eructávit. (xliiv.) [206].

AS:664, pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:97v; 1531:11v.<sup>433</sup>

5. Ant.  
VII.ii.  
1282. 

D-ju-vá-bit e- am\* De- us vultu su- o : De- us in



mé-di- o e-jus non commo-vé-bi-tur. Ps. Deus noster  
refúgium. (xlv.) [207].

AS: pl. γ.; 1520-S:98r; 1519:98v; 1531:11v.<sup>434</sup>

6. Ant.  
VII.ii.  
4936. 

I-cut le-tánti- um \* ómni- um nostrum ha-bi-tá-ti-




o est in te sancta De- i Gé-ni-trix. Ps. Fundaménta. (lxxxvj.)  
[270].


AS:pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:98r; 1531:11v.<sup>435</sup>

7. Ant.  
IV.iv.  
2924. 

Aude Ma-rí- a vir-go : \* cunctas hé-re-ses so-la



Per octavas assumptionis.



inte-remís-ti in u-ni-vérsō mundo. *Ps. Cantáte. j. (xcv.)* [278].


AS:pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:98r; 1531:11v.<sup>436</sup>

8. Ant.

IV.iv.



Igná-re me laudá-re te \* virgo sacrá-ta : da michi



virtú-tem contra hostes tu-os. *Ps. Dóminus regnávit exúltet.*

(*xcvj.*) [278].


AS:pl. α, pl. γ; 1519:97v; 1520-S:98r; 98v.<sup>437</sup>

9. Ant.

IV.iv.



Ost partum virgo \* invi-o-lá-ta permansís-ti :



De-i gé-ni-trix intercé-de pro no-bis. *Ps. Cantate.ij. (xcvij.)* [289].

*Sicut in commemoratione beate Marie extra adventum.*

℣. Sancta Dei génitrix. [194].

[*Lectio j. Quod si quéritur.*]<sup>438</sup> {1185}.

## I Secunda die.

### Lectio j.

**J**ohánnes apóstolus<sup>439</sup> quicquid est quod María génuit, evangelizándo suo comméndat elóquio : Verbum quod in princípio erat et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc quippe Verbum quod erat in principio et apud Deum erat et Deus erat Verbum : ipsum Deum génuit beáta et gloriósa Virgo María ex se carnem factum. Idcírco et virgínitas longe sacrátor, et

fecúnditas (ut ita dicam) multo inef-fabílor : quam suo potúerit ille explicáre elóquio. Verúntamen quanto virgínitas cognátor virginitáti, tanto beátus Evangelista céteris est [118v.] excelléntior et vicínor Verbo. Ideo quicquid est quod Virgo génuit, totum prout pótuit homo per Spíritum Sanctum : nobis reserávit maniféstius et dócuit.

### ¶ Responsoria de primo nocturno hystorie prime diei. {1171}.

### Lectio ij.

**C**eterum ad exémplum humáne vite conversátio ejus post ascensiónem Christi generáliter cum apóstolis fuit, quoúsque dispergeréntur sicut Lucas méminit dicens : quod regréssi quidem a monte Olivéti : Hierosólymam venérunt, et ascendérunt in cenáculum ubi manébant,<sup>440</sup> Petrus et Johánnes, Jacóbus et Andréas, Philíppus et Thomas, Bartholoméus et Mathéus, Jacóbus Alphéi et Symon Zelóthes, et Judas Jacóbi. Hi omnes inquit erant per-

severántes unanímiter in oratióne : cum muliéribus et María matre Jesu et frátribus ejus. Ecce Jesu ascéndente cum quibus Virgo vacat in schola virtútum, et meditátur in lege mandatórum Dei : ut et ipsa sit forma disciplíne Christi, et exéplum perfectiónis virgínibus. Conversátur autem cum téstibus sancte resurrecti, et ipsa testis : conversátur cum senatóribus celi infra cúriam paradísi, sub Spíritus Sancti disciplína, et magistério totius divíne majestatis.

### Lectio tertia.

**I**nvénitur prima beáta María inter primas summi Regis cohórtes,

quorum vita non erat jam de terris, in quibus jam Christus preliabátur : sed

de celis. Hinc ascendíssse legúntur in cenáculum : quo pascha digníssime celebrátur. Ibi quippe manébant ipsi cum María matre Jesu unanímiter aspiráti in charitáte, perseverántes in oratióne : donec indueréntur virtúte ex alto. Céperant enim jam oráre qui dudum cum Dómino conversántes virtútibus et miráculis pascebántur. Et bene perseverántes in oratióne, nichil hesitántes : donec accíperent múnera Spiritussáncti que poscabant.

Quos et vos o filie imitámini : que in schola Christi permánere voluístis. Perseveráte in oratióibus unanímiter vivéntes : quoúsque intráre pósitum gáudia etérne vite, quo beáta Virgo felíciter hódie introívit, alternántibus hymnídicis angelórum choris, infra páscua etérne viriditátis, ubi una societas ómnium supernórum cívium, ubi dulcis solénnitas angelórum, ubi post labóres et erúmnas séculi hujus felix et suávis reféctio animárum.

*Lectio ad primam.<sup>441</sup>*

**L**odie namque gloriósa semper virgo María celos ascéndit. Rogo gaudéte : quia ut ita fátear ineffabíliter sublimáta, cum Christo regnat in etérnum. Regína mundi hódie de terris et de presénti século nequam erípitur. Iterum dico gaudéte : quia secúra de sua immarcessíbili glória, ad celi jam pervénit palátium. Exultáte inquam ac gaudéte, et letétur omnis orbis : quia hódie nobis ómnibus ejus interveniéntibus méritis salus aucta est. Vobis quo que diligéntibus eam honor et virtus, una cum relíquis virgínibus sacris : amplior prestátur et grátia. Idcírco, dilectíssime letámini et laudáte : quia et si Deum ore prophético in sanctis suis laudáre jubémur, multo magis [eum]<sup>442</sup> in hac celebritáte vírginis et

matris ejus opórtet cum hymnis et cánticis diligéntius extóllere, et dignis Deo jubiláre precóniis, ac místicis honoráre munéribus. Nulli dúbium quin totum ad glóriam laudis ejus pertíneat : quicquid digne genitríci sue impénsu fúerit ac solénniter exhibítum. Ex quo tímeo satis et valde pertiméscō, dum vestris cúpio párrere proféctibus : ne forte sicut impróbus ita et indígnis laudátor invéniar, profécto cum nec sánctitas vel facúndia michi súppetat, ut beátam et gloriósam vírginem digne laudáre queam. Quóniam ut verum fátear, quicquid humánis potest dici verbis minus est a laude celi quia<sup>443</sup> divínis est et angélicis excelléntius predicáta et laudáta precóniis, a prophétis quidem prenunciáta virgo

María, a patriárchis figúris et enigmátibus presignáta : ab evangelístis exhibita et monstráta, ab ángelo venerabíliter atque officiosíssime salutáta. Pretérea qualis et quanta esset

ab eódem divínitus declaratur, cum ait, Ave grátia plena Dóminus tecum : benedicta tu in muliéribus. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>444</sup>

[119r.] **C** Ante laudes **V**. Exaltáta es. {1188}. Et dicitur quotidie infra octavas ante laudes.

**C** In laudibus dicitur hec sola antiphona Assúmpta est. j. de laudibus. {1188}.

Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45]. [Et c.]

Capitulum. In ómnibus réquiem. {1165}.

Hymnus. O gloriósa fémina. [431].

**V**. Elégit eam [Deus et preelégit eam].<sup>445</sup> [435].

AS:501; 1520-S:98r; 1531-S:119r.<sup>446</sup>

5454.

Ant. I.ii.

**V** Irgo prudentissima \* quo progrederis qua-si  
auró-ra valde rú-ti-lans, fí-li-a Sy-on, to-ta formó-sa  
et su-á-vis es, pulchra ut lu-na, e-lécta ut sol.

Ps. Benedíctus. 52\*.

Oratio. Veneránda nobis. {1190}.

Quando dies dominicus in secunda die contigerit hec predicta antiphona Virgo

{1204}

prudentíssima. erit in tertia die super psalmum Benedictus.

*Memoria fiat de sancto Laurentio cum ant.* Beatus Laurentius orabat. require super laudes in prima die [que est quinta ant].<sup>447</sup> {1122}.

*V.* Dispérset dedit paupéribus. {1100}.

*Oratio [ut supra].*<sup>448</sup> Da nobis quésumus omnípotens Deus. {1123}.

*Nulla die per octavas fiat memoria de cruce : nec de omnibus sanctis : quia sunt octave cum regimine chori.*

### ¶ Ad j.

*Ant.* Assumpta est. [j. de laudibus].<sup>449</sup> {1188}.

*Ps.* Deus in nōmine [tuo].<sup>450</sup> (lij.) [95].

*Ant.* Te jure. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

**¶ Ad iij. et ad alias horas antiphone, capitula, responsoria et V. sicut in prima die dicuntur {1190}. : [similiter]<sup>451</sup> et oratio more simplicis festi ix. lectionum.**

### ¶ Ad vesperas.

*Ant.* Assumpta est. {1188}.

*Ps.* Dixit Dóminus. (cix.) [311]. [¶c.]

*Capitulum.* In ómnibus [réquiem].<sup>452</sup> {1165}.

*Hymnus.* O quam glorifica. {1165}.

*V.* Exaltáta es. {1188}.

*Ant.* Qualis [est dilectus].<sup>453</sup> {1163}.

*Ps.* Magnificat. 67\*.

*Oratio.* Veneranda [nobis].<sup>454</sup> {1190}.

*Eodem modo dicuntur vespere quotidie infra octavas cum aliis antiphonis super psalmum Magnificat. que mutantur.*

*Memoria fiat de sancto Laurentio cum antiphona* Beatus Laurentius dum in craticula. {1100}. ut in prima die ad primas vesperas super psalmum Magnificat.

*V.* Dispérset dedit paupéribus. {1100}.

*Oratio.*

**L**Eáti Lauréntii nos fáciat Dómi-  
ne<sup>455</sup> pásso veneránda letántes : | et ut eam sufficiénter recolámus,  
efficiat promptíores. Per Dóminum.

**T**ertia die infra octavas beate Marie.

*Ad matutinas invitatorum, hymni, antiphone et psalmi sicut in precedenti die dicuntur.*

*XV. Sancta Dei génitrix. [194]. [et non XV. Post partum. et hoc propter ix. antiphonam que est Post partum.]<sup>456</sup>*

*Lectio j.*

**A**Ve María grátia plena,  
Dóminus tecum : benedicta  
tu in muliéribus. Tálibus  
namque decébat Vírginem oppignerári  
munéribus ut esset grátia plena, que  
dedit celis glóriam, terris Deum,  
pacémque refúdit, fidem géntibus,  
finem víciis, vitas órdinem, móribus  
disciplinam. Et bene ángelus ad  
Vírginem míttitur : quia semper est  
ángelis cognáta virginitas. Profecto in

carne preter carnem vivere : non  
terrénna vita est, sed celéstis. Unde in  
carne angélicam glóriam acquirere :  
majus est méritum quam habére.  
Esse enim ángelum felicitatis est, esse  
vero vírginem virtutis : dum hoc  
obtínere nítitur víribus cum grátia,  
quod habet ángelus a natúra.  
Utrúmque tamen et esse vírginem vel  
ángelum : divíni múnneris est officium  
non humáni.

**T**Responsoria de secundo nocturno dicuntur. {1176}.

*Lectio secunda.*

**A**Ve inquit grátia plena. Et bene  
plena : quia céteris per partes  
prestátur, Maríe vero símul se tota  
infúdit plenitúdo grátie. Hoc quippe  
est quod David canit, Descéndit sicut  
plúvia in vellus. Vellus ítaque cum sit  
de córpore, nescit córporis passiónem :  
sic et virginitas cum sit in carne, vícia

carnis nescit. Celéstis plane ymber in  
virgíneum vellus, plácido se infúdit  
elápsu, et tota divinitatis unda se  
cónculit in carne : quando Verbum  
caro factum est. Ac deínde per crucis  
patíbulum expréssum terris ómnibus  
plúviam salútis effúdit : et stillicídia  
grátie humánis préstitit méntibus.

*Lectio iij.*

**D**ominus tecum inquit. Mira  
res. Et jam erat cum Vírgine,  
qui ad Vírginem mittébat ángelum :  
et precéssit núncium suum Deus, sed  
a Deo non recéssit. Nec téneri pótuit  
locis qui ómnibus habétur in locis : et  
totus ubique est sine quo nichil, et  
per quem totum. Ergo Verbum  
Patris, nunquam a Patre discédens,

homo próprie fieri dignátus est :  
secréto suo mystério quod ipse novit.  
Qui quóniam totum suscépit quod est  
hóminis : homo totus est. Et totum  
accípiens quod Dei est : omnínō áliud  
quam Deus qui natus est ex María  
esse non pótuit. Tu autem [Dómine  
miseré nostri].<sup>457</sup>

*Lectio ad primam.*

**S**Cit enim Deus ómnia et po-  
test.<sup>458</sup> Proptérea quia ita est :  
scivit se et pótuit in útero vírginis  
sine sui corruptióne míscere atque  
uníre : ut unus esset Christus Deus  
homo, ima persóna, unáque sub-  
stántia. Propter quod Dei génitrix  
élécta et preelécta : jure ab ángelo  
salutátur, et plena grácia predicátur.  
Vere plena : per quam largo Sancti  
Spíritus ymbre superfusa est omnis  
creatúra. Et ídeo satis eam devo-  
tíssimo primum ángelus venerátur et  
salútat. Mirátur itaque et ipse qualis  
[119v.] aut quanta sit quam salútat. Non  
enim fáteor simplex vel consuéta fuit  
illa salutátio : sed omni admiratióne  
digna. Síquidem veneratiónis fuit  
delátio : oblátio múnieris, famulátus  
obséquii : quia etsi in sanctis pátribus  
et prophétis grácia fuísse créditur, non  
tamen eátenus plena. In Maríam vero

tótius grácie que in Christo est  
plenitúdo venit : quamvis áliter. Et  
ídeo inquit, Benedícta tu inter mul-  
iéres : id est, plus benedícta es quam  
omnes muliéres. Ac per hoc quicquid  
maledictiónis infúsum est per Evam :  
totum ábstulit benedíctio Maríe.  
Insuper et grátiam refúdit Christi  
ortus, quam non hábuit prius omnis  
mundus. Igitur quod natúra non  
hábuit, usus néscivit, ignorávit rátio,  
mens non capit humána, pavet celum,  
stupet terra : creatúra omnis étiam  
celéstis mirátur : hoc totum est quod  
per Gabriélem Maríe divínitus nunci-  
átur, et per Christum adimplétur.  
Qua de causa, de tali tantáque loqui  
me indígnum fáteor. Sed et puto  
quod nemo presúmat, nisi qui quanta  
sint que pandúntur pénitus ignórat,  
tamen etsi ad hec nemo idóneus  
invenítur : votis tamen ómnibus

cessare non debet quilibet etiam peccator a laudibus, quamvis explere non queat quod sentit. Unde sermo divinus cum de peccatore ageret in psalmo, Sacrificium inquit laudis honorificabit me : cito<sup>459</sup> subjunxit, et

illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Ac si patenter dicat, Illic iter est laudis ad eternam laudem sine fine mansuram : sed nemo apprehendet illud, nisi ego premonstrávero.

*In laudibus ut supra. Ant. Talis est. {1164}. Ps. Benedictus. 63\*. Oratio. Veneranda nobis. {1190}.*

*Memoria fiat de sancto Laurentio cum ant. In craticula. [require ut supra in prima die super psalmum Benedictus.]<sup>460</sup> {1123}. ¶ Dispersit dedit. {1100}. Oratio. Beati Lauréntii. {1206}.*

*Quandocunque<sup>461</sup> octava sancti Laurentii etiam si in dominica contigerit : fiat indentum memoria cum missa in capitulo.*

**C** Ad vesperas. Ant. Descendi [in ortum].<sup>462</sup> {1164}. Ps. Magnificat. 67\*. Oratio. Veneranda nobis. {1190}.

*Memoria fiat ad has vesperas de sancto Agapito martyre cum hac oratione.*

*Oratio.*

**L** Etetur ecclésia tua Deus beati Agápti martyris tui confisa suffragiis : atque ejus precibus gloriósis

et devota permáeat : et secúra consistat. Per Dóminum.

## **C Quarta die [et de dominica]<sup>463</sup>** *infra octavas.*

*Ad matutinas.*

*¶ Speciosa facta [es].<sup>464</sup> [481].*

*Responsoria de iij. nocturno dicuntur. {1182}. Ita tamen quod tertium R. erit Beátam me dicent. {1187}. loco responsorii Felix namque.*

*Hac die et reliquis diebus sequentibus infra octavas, dicuntur antiphone de nocturnis*

*prime diei : scilicet Emissiónes. {1175}. [ut in psalterio]<sup>465</sup> et alie antiphone que sequuntur super psalmum Benedíctus. et Magníficat. nisi in dominica. Quibus dictis dicitur antiphona Anima mea. {1162}. si necesse fuerit.*

*Memoria fiat de sancto Agapito martyre cum oratione ut supra. {1208}.*

*Ad vesperas hac die fiat memoria de sancto Magno martyre cum hac oratione.*

**A**désto Dómine supplicatióibus nostris : et intercedénte beáto Magno mártyre tuo, ab hóstium nos | défende propiciátus incúrsu. Per Dóminum.

*Sequentibus vero diebus infra octavas servetur ordo de *XV.* et *R.* ad matutinas qui in precedentibus tribus diebus : si dies dominicus non interfuerit<sup>466</sup> preter antiphonam super psalmum Magníficat. et Benedíctus.*

*Si dies dominicus infra octavas contigerit totum servitium fiat de sancta Maria hoc modo.*

### ¶ Ad j. vesperas.

*Ant. Assúmpta est. {1188}.*

*Ps. Dixit Dóminus. (cix.) et ceteri psalmi. [311].*

*Capitulum In ómnibus. {1165}.*

*Non dicitur R.*

*Hymnus. O quam glorifica. {1165}.*

*[XV. Exaltáta es.]<sup>467</sup> {1166}.*

*Ant. Anima mea. {1162}.*

*Ps. Magníficat. 67\*.*

*Oratio. Veneránda nobis. {1190}.*

*Memoria fiat de dominica et de Trinitate si necesse fuerit : et processio ante crucem : nisi aliqua dominica omnino differatur propter prolixitatem temporis : vel quando dies dominicus ij. die infra octavas contigerit, tunc enim tantum fiat memoria de dominica et de Trinitate sub silentio et processio ante crucem omnino differatur usque ad proximam dominicam sequentem. In redeundo dicitur de omnibus sanctis ant. Salvátor mundi. {779}. XV. Letámini [in Dómino].<sup>468</sup> [195]. Oratio. Infirmitátem. [192].*

## ¶ *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Veníte adorémus. {1169}.

*Ps.* Veníte. 24\*.

*Hymnus.* Quem terra. {1197}.

## [*In primo nocturno.*]<sup>469</sup>

*Ant.* Ecce tu pulchra. {1169}. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (*vij.*) [17]. *et cetere antiphone cum suis psalmis.* ¶ *V.* et *R.* sicut in prima die dicuntur preter ix. *R.* quod erit Cándida virgíntas. {1194}. [*ut supra*]<sup>470</sup> *et dicitur a duobus de superiori gradu in superpelliciis ad gradum chori.*

*Ante lectiones versus in primo nocturno Sancta Dei génitrix.* [194].

### *Lectio prima.*<sup>471</sup>

 Haríssime, quia iter salútis nostre in láudibus est Salvatóris : hortor vos et comónneo, in hac sacra solennitáte Genitrícis Dei Maríe, nólite cessáre a [120r.] láudibus. Quod si virgo es : gaude quia meruísti esse et tu quod laudas.

Tantum cura : ut sis que digne laudáre possis. Quod si cóntinens et casta, veneráre et lauda : quia non aliúnde constat ut possis esse casta, quam ex grátia Christi, que fuit pleníssime in María quam laudas. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>472</sup>

### *Lectio secunda.*

 I conjugáta es certe aut peccátrix, nichilominus confitére et lauda : quóniam inde misericórdia ómnibus proflúxit et grátia ut laudent. Et quamvis non sit speciosa laus in ore peccatóris, noli cessáre : quia inde tibi promíttitur vénia, unde et ómnibus ut laudes. Alíoquin nisi juxta módulum ingénii nostri Deum

laudáre in sanctis suis studeámus : quómodo eum secúndum quod cánimus juxta multitúdinem magnitúdinis ejus laudáre potérimus ? Omníno pretermitténdum non est quod impletúri sumus, quod quandóque dictúri, Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine : in sécula seculórum laudábunt te. Tu.

*Lectio iij.*

**I**nterdum vero quia imménsus est, quod voce non possumus, nec facundiā valémus : exequámur votis et medúllis cordis. Quia magnus et bonus est, atque imménsus, tantus ac talis quantum et qualem ipse se novit, ore ac spíritu confiteámur ad justítiam et salútem. Hinc ergo páriter omnes festivitátem glorióse semper Vírginis Maríe devotíssime celebrémus : quia

hec est dies preclára, in qua méruit exaltári super choros angelórum, et pervenire ultra quam nostre humanitatis est natúra. Ubi non substántia tollitur : sed glórie magnitúdo monstrátur, cum elevátur in déxteram Patris, ubi Christus introívit póntifex factus in etérnum ad celi palátium. Tu autem.

*Lectio quarta.*

**H**ec est inquam dies in qua usque ad throni celsitúdinem intemerata Mater et Virgo procéssit : atque in regni sólio sublimáta post Christum gloriósa resédit. Sic itaque ubique confidénter sancta Dei canit ecclésia quod de nullo álio sanctórum

fas est crèdere : ut ultra angelórum vel archangelórum mérita transcénderit : quia et si similitúdo repromíttitur sanctis : véritas tamen negátur. Hoc quippe privilégium non natúre est : sed grátie beáte Vírginis Maríe, de qua natus est ipse Deus et homo.

*Lectio quinta.*

**I**dcírco et ipsa plus est méritis, et non natúra : quam virgo et homo. Unde et si cétere vírgenes imitántur illam usque ad concéptum partus, et Gabréliis nove salutatiónis obséquium, deínceps totum divínū est quod operátur in ea, teste ángelo, quia Spíritu Sancto et virtúte Al-

tíssimi obumbrátur. Ante hoc ipsum sane úterus Vírginis quamvis mundus, quamvis impollútus et aliénus a contagióne peccáti, quamvis sanctus : tamen adhuc vilitáte humanitatis induitur, ut ita dicam ac si lana candidíssima, suíque colóris dealbáta.

*Lectio vij.*

**A**d quam sane cum accéssit Spiritussánctus, quasi ipsa eadémque lana cum inficitur sanguine

conchílii vel müricis vértitur in púrpuram, versa est ipsa sine cóitu in matrem : ut non sit jam amódo quod

fuerat, sed púrpura veríssima, ad induméntum et glóriam summi Regis divinitus aptíssime dedicáta, ut nulli deínceps ea uti usu femíneo licúerit nisi Deo. Quippe ut ita loquar beáta et gloriósa Virgo María eo modo, quamvis dudum incomparábilis esse univérsis que sub celo sunt virgínibus comprobétur : ut decénter posset in se suscípere divinitátis admixtióñem,

salva utráque natúra, tamen cum grácia replétur, cum Spíritu Sancto perfunditur, cum virtúte Altíssimi obumbrátur, fit precíosior méritis, celsis sublímior fastígiis, púlchrior sanctitáte, gloriósior suórum prerogatívis meritórum, ita ut nullis jam úsibus sit ipsa eadémque mancipánda nisi divinis.

*Secundum Lucam x. (38-42.)*

**I**N illo témpore, Intrávit Jesus in quoddam castéllum : et múlier quedam Martha nómine excépit illum in domum suam. Et réliqua.

*Omelia beati Augustini episcopi.*

*(De verbis Domini, sermo 27.)<sup>473</sup>*

*Lectio vii.*

**S**Anctum Evangélium fratres mei cum legerétur, audívimus a fémina religiosa suscéptum esse Dóminum hospítio : ab ea que Martha vocabárur. Et cum ipsa occupáta esset in cura ministrándi : soror ejus María sedébat ad pedes Dómini, audiebátque verbum ejus. Laborábat illa : vacábat ista. Illa erogábat : hec implébat. Verúntamen Martha labórans multum in illa occupatióne et negócio ministrándi

[120v.] interpellábatur Dóminum et de soróre

sua conquésta est quod eam laborántem non adjuváret. Dóminus autem pro María respóndit Marthe : et ipse est factus ejus advocátus, qui judex fuerat interpellátus, Martha inquit circa multa es occupáta, quando<sup>474</sup> unum est necessárium. María meliórem partem éligit : que non auferéatur ab ea. Audívimus ergo et interpellatióñem interpellántis : et senténtiam júdicis. Que senténtia interpellánti respóndit suspéctam deféndit. Erat enim María inténta dulcédini verbi Dei. Inténta erat Martha quómodo páscret Dóminum inténta erat María : quómodo pascerétur a Dómino. A Martha convívium Dómino parabátur : in cujus convívio jam María jocundabátur.

*Lectio viij.*

**C**um autem María suáviter audíret verbum dulcissimum et corde intentissimo pascerétur : interpelláto Dómino a soróre sua : quómodo putámus eam timuisse : ne díceret ei Dóminus, Surge et áduja sorórem tuam. Mira enim suavitáte tenebátur quia profécto major inténtio mentis quam ventris. Excusáta est : sedit secúrior. Quómodo autem excusáta ? Attendámus, inspiciámus, perscrutémur quod póssumus pascámur et nos. Quid enim ? Putámus ministérium Marthe reprehénsum esse : quam cura hospitalitatis occupáverat : que ipsum Dóminum hospítio recéperat ? Quómodo reprehendebátur : que tanto hóspite letabátur ? Hoc si verum est : dimít-

tant hómines quod minístrant egéntibus : éligan partem meliórem que non auferétur ab eis. Vacent verbis : ínyent doctríne dulcédini : occupéntur circa sciéntiam salutárem. Nichil eis cure, si quis peregrínus in vico sit : quis égeat pane quis induménto : quis visitándus : quis rediméndus, quis sepeliéndus. Vacent ópera misericórdie : uni instent sciéntie. Si mélior pars est : cur non omnes hoc fáciunt quando ipsum Dóminum in hac causa patrónum habémus ? Non enim timémus in hac re ne offendámus ejus justíciā : cum patrónam teneámus ejus senténtiam. Et tamen ita non est : sed sicut Dóminus dixit ita est.

*Lectio ix.*

**I**Uómodo intélligis non est : est autem quómodo intelligere debes. Ecce advérte. Circa multa es occupáta, quando unum est neces-sárium. María meliórem partem elégit. Non tu malam sed ista meli-órem. Sed unde meliórem ? Quia tu circa multa : illa circa unum. Prepónitur unum multis. Non enim a multis unum : sed multa ab uno. Multa sunt que facta sunt : unus qui fecit celum et terram,<sup>475</sup> mare et

ómnia que in eis sunt. Que multa sunt ? Quis ista númeret : quis horum multitúdinem cágitet ? Quis hec fecit ? Deus ómnia. Ecce bona valde : bona valde<sup>476</sup> que fecit : quanto mélior est ille qui fecit. Attendámus ígitur occupatiónes nostras circa multa. Necessárium est ministérium córpora refectúris. Quare hoc ? Quia esúritur quia síti-tur. Misericórdia míseris necessária est. Frange panem esuriénti : quia

invenísti esuriéntem. Tolle famem : cui frangis panem ? Tolle peregrinátionem : cui exhibes hospitalitátem ? Tolle nuditátem : cui préparas vestem ? Non sit egritúdo : quem vísitas ? Non sit captívitas : quem rédimis ? Non sit rixa : quem concórdas ? Non sit mors : quem sépelis ? In illo século futúro non erunt ista mala : ergo nec ministéria ista. Bene ergo Martha circa corporálem Dómini :

(quid dicam, necessitátem, an voluntátem) ministrábat carni mortáli ? Sed quis erat in carne mortáli ? In princípio erat Verbum : et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Ecce quod María audiébat, Verbum caro factum est et habitávit in nobis. Ecce cui Martha ministrábat. Ergo María meliórem partem élégit : que non auferétur ab ea.

*Lectio ad primam.*

**A**Nde o sanctíssime vírgenes,<sup>477</sup> atsi imitári opórtet talem ac tantam Vírginem, tamque precláram venerári multum convénit : et ultra angélicam dignitátem quodámmodo quantum fas est cum gáudio et láudibus digníssime efférre.<sup>478</sup> Que ut díximus non temére sed per grátiam Christi super choros angelórum exaltáta devotíssime hódie predicátur : quia precéssit eam Dóminus et Salvátor noster, ex ea vera fide génitus ad celéstia ut paráret ei : sicut ipse suis repromísit discípulis : in ethériis mansiónibus locum. Hinc quoque David prophéta gratulabúndus Christo canit, A summo inquit celo

egréssio ejus : et occúrsus ejus usque ad summum ejus. Ascéndit ergo eándem glóriam resumptúrus : licet non amíserit quam prius habúerat ántequam mundus fieret. Ascéndit Christus et preparávit huic sanctíssime ac glorióse Vírgini locum immortalitatis : ut cum eo regnare possit in perpétuum. Hec est preséntis diéi festívitas : in qua gloriósa et felix ad ethéreum pervénit thálamum. Que profecto festívitas sicúti et Virgo venerábilis incomparábilis céteris est virgínibus : ita et incomparábilis est ómnium sanc-tórum festivitatibus : et admiranda étiam virtútibus angélicis.

**C**In laudibus, hec sola antiphona Assúmpta est María. {1188}. Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45]. et ceteri psalmi consueti. Capitulum et cetera omnia sicut in prima die cum memoria de dominica : et de Trinitate, sicut prius dicta fuit ad vesperas

*dicuntur.*

*Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut infra octavas [tantum quando dies dominicus infra octavas non evenerit tunc legatur hoc evangelium in viij. die].<sup>479</sup>*

**C** *Ad ij. vesperas omnia fiant sicut in die : preter Rx. quod non dicetur, cum hymno O quam glorifica luce. {1165}.*

*Deinceps vero non servetur ordo dierum, in V. et responsoriis ad matutinas cantandis, et [in]<sup>480</sup> lectionibus legendis, nec<sup>481</sup> in antiphonis super psalmum Magnificat. et Benedictus. dicendis, sed supradictus ordo versiculorum, lectionum, Rx. et antiphonarum servetur in sequentibus diebus infra octavas. Ita tamen quod die lune semper dicantur<sup>482</sup> V. et Rx. de j. nocturno [hystoria].<sup>483</sup>*

**C** *Die vj. et viij. servitium dicitur ut supradictum est.*

## **I** Die quinta infra octavas assumptionis beate Marie.

### *Lectio j.*

**P**Ue est ista que ascéndit per desértum : quasi vírgula fumi ex aromátibus. Et bene quasi vírgula fumi : quia gráclis et delicáta : quia divínis extenuáta disciplínis : et concremáta intus in holocáustum incéndio pii amóris et desidério

caritatis. Ut vírgula fumi inquit ex aromátibus. Nimírum quia multis repléta erat virtútum odóribus manans ex ea fragrábat suavíssimus odor étiam spirítibus angélicis. Tu autem [Dómine miserére nostri].<sup>484</sup>

### *Lectio ij.*

**A**Scendébat autem de desérto preséntis séculi : virga de radice Jesse olim exórta. Sed mirabántur electórum ánime pre gáudio quenam esset : que étiam meritórum virtútibus angelórum víceret dignitatē. De qua rursus idem Spiritussánctus in eisdem Cánticis : Que est ista que ascéndit inquit quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, élæcta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta. Admirabátur autem Spir-

tussánctus : qui omnes de ascénsu hujus Vírginis admirántes facit : quod quasi novi dilúculi auróra consúrgens vel rútilans ascénsu suo respléndeat : multis freta et valláta sanctórum agmínibus. Unde dícitur : Terríbilis ut castrórum ácies ordináta. Síquidem terríbilis suis facta virtútibus ut castrórum ácies admodum ordináta : hinc inde sanctórum angelórum fulta presídiis.

### *Lectio iij.*

**P**Ulchra ut luna : immo púlchrior quam luna : quia jam sine défectu sui chorúscat : celéstibus illustráta fulgóribus. Elécta ut Sol fulgóre virtútum : quia ipse eam élégit sol justície ut nascerétur ex ea. Ad cujus profécto exéquias, quantum fas

est crídere famulabántur ángeli et univérse celórum congratulabántur cùrie. Nec mirum : quia honor matérnus ejus est qui est natus ex ea : quem omnis celórum ordo venerátur et adórat super se elevátum cum Patre in sede majestatis Dómini. Légimus

ergo quam sepe ad fúnera et ad sepulturas quorúmlibet sanctórum ángelos advenísse : et ad exéquias eórum obséquia prestitísse : necnon et ánimas electórum usque ad celos cum hymnis et cánticis detulísse. Ubi et utriúsque sexus chori commemo-

rántur frequénter audíri laudes cecinísse. Intérea et quod perspi- cácius est, multo nonnúnquam lúmine eósdem resplenduísse : insuper et adhuc vivéntes in carne íbidem miri odóris fragrántiam diútius persensísse.

*Lectio ad primam.*

**Q**UOD si ad recreándam<sup>485</sup> spem dilectíssime et ad corrobo- rándam fidem intérsum astántium Salvátor noster Christus ob mérita suórum amplius comprobánda : tália ac tanta dignátus est exhibere per suos celi minístros circa defúnctos : quanto magis credéndum hodiérna die milítiam celórum suis sanctis agmínibus festive óbviā advénisse genitríci Dei : eámque ingénti lúmine circumfulsísse : et usque ad thronum olim sibi étiam ante mundi constitutióñem parátum : cum láudibus et cánticis spirituálibus [121v.] perduxísse ? Nulli dúbium omnem illam celéstēm Hierúsalem tunc exultásse ineffábili letícia, tunc jocundátam esse inestimábili charitáte : tuncque cum omni gratulatióne jubilásse. Quoniam festívitás hec, que nobis hódie revólvitur ánnua : illis ómnibus facta est contínua. Nec immérito. Créditur enim quod Salvátor ómnium ipse quantum datur in-

télligi, per se totus féstivus occúrrit : et cum gáudio eam secum in throno collocávit. Alias autem quómodo implevísse créditur : quod in lege ipse precépit, Honóra patrem tuum et matrem tuam. Porro quod Patrem honoráverit : ipse sibi testis est cum ad Judéos ait, Ego glóriam meam non quero, est qui quérat et júdicet : sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorástis me. De matre vero, evangélista ait, Et descéndens cum illis venit Názareth : et erat súbditus illis. Sed ália est natúra qua Deus Pater secúndum se honorátur : ália, qua idem paréntibus súbditur. In utráque tamen natúra, unus idémque Christus recte créditur, eo quod Verbum caro factum est et habitávit in nobis unus Emmánuel : quod est nobíscum Deus. Hanc quippe uni-ónem divinitatis atque humanitatis inconfúsam indivisámque fides cathólica servat.

## I Sexta die infra octavas assumptionis beate Marie.

### Lectio prima.

 Uam sane intelligéndo cog-  
noscit naturális atque secún-  
dum substántiam convéntio-  
unitatis : ut neque convérso in  
alterútram duárum substantiárum  
partem recipiátur neque divíso. Sic  
namque crédere, honoráre est Matrem  
Dómini : que et Deum nobis génuit

et hóminem. Neque hóminem sine  
Deo, neque sine hómine Deum : sed  
Deum et hóminem unum et verum  
Jesum Christum. Alioquin Dei Géni-  
trix dici non posset, quod multi  
hereticórum negáre conáti sunt : nisi  
vere Deum genuísset incarnátum.

### Lectio ij.

 Roptérea duas in Christo recte  
confitémur nativítates, unam  
videlicet de Patre sine início et sine  
témpore sempitérnam, et coetérnam  
Deo Patri : álteram de Matre cum  
témpore : quando miseratióne  
índuens et misericórdiam spontánea  
voluntáte ad nos descéndit natus  
homo Deus. Ac per hoc juxta veri-

tátem, et Matris gestátur útero : qui  
semper Deus agnoscitur. Hinc et  
Theotécon<sup>486</sup> eam veráciter confi-  
témur Dei scilicet genitricem, necnon  
et Christotécon non quod Verbum  
carnem secum detúlerit, neque olim  
prefáte carni copulátum sit : sed tunc  
quando Verbum caro factum est ex  
carne Vírginis.

### Lectio iij.

 Ivinitatis atque humanitatis  
substántia in útero ita inconfúse  
únitur : ut una persóna sit Deus et  
homo Deus Christus. Ex duábus  
síquidem natúris sine confusióne  
altérius, non nisi unus invénitur Jesus  
Dóminus, manens Deus in forma Dei,  
qui semetípsum exinanívit formam  
servi accípiens : manens unus

idémque in forma servi quam  
suscépit. Totus quippe in carne  
Vírginis Deus de qua natus est : et  
totus homo. Hinc quoque Apóstolus,  
In quo hábitat inquit corporáliter  
omnis plenitúdo divinitatis. Qua-  
própter o filie, estóte prudéntes sicut  
serpentes, et símplices sicut colúmbe,  
ut ex prudéntia perfécte intelligéntie

ánulum fidei vestre, et margarítam pro qua ómnia reliquís tis íntegram inviolatámque servétis : ne dotem

simul et arram Spíritus Sancti (quod absit) perdátis.

*Lectio ad primam.*

**D**iligéntius itaque<sup>487</sup> procuráte si quómodo simplicitas colúmbe que fuit in María : illésa inviolatáque custodiátur. De qua Sálomon in Cánticis quasi in ejus laude, Veni inquit colúmba mea, immaculáta mea, jam hyems ábiit et recéssit. Et deínde inquit : veni de Líbano veni. Nec immérito ígitur veníre jubétur de Líbano : quia Líbanus interpretátur candidátio. Erat enim candidáta multis meritórum virtútibus, et dealbáta nive candídior<sup>488</sup> Spíritus Sancti munéribus, simplicitátem colúmbe in ómnibus represéntans. Quóniam quicquid in ea gestum est : totum púritas et simplicitas, totum véritas et grátia fuit, totum misericórdia et justicia que de celo prospéxit, et ídeo immaculáta quia in nullo corrúpta. Circúndedit enim virum in útero sicut Hieremías sanctus testátur : et non aliúnde accépit. Faciet inquit Dóminus novum super terram : et múlier circúm-

[122r.] dabit virum. Vere novum et ómnium

novitátum supereminéris novitàs virtútum : quando Deus quem ferre non potest mundus neque vidére áliquis, ut vívere possit : sic ingréssus est hospítium ventris ut córporis claustra néscirent : sicque gestátus ut totus Deus in eo esset, et sic inde exívit, ut Ezéchiel fatétur, ut post ortum novi hóminis, jánua carnis remáneret omníno clausa. Unde cánitur in eisdem Cánticis de ea, Ortus conclúsus, fons signátus, emissiónes tue paradísus. Vere ortus deliciárum in quo cónsita sunt univérsa florum génera et odoraménta virtútum, sicque conclúsus ut nésciat violári neque corrúmpi ullis insidiárum fráudibus. Fons itaque signátus sigillo tótius Trinitátis ex quo fons vite manat, in cuius lúmine omnes vidémus lumen, quia juxta Johánnem ipse est qui illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum : cuius profécto emissio úteri supernórum cívium ómnium est paradísus.

## ¶ Die vij.

### Lectio j.

**S**unt enim et prudéntes vírgenes : sunt et fátue. Et ídeo dilectíssime, imitémini quam amátis, imitémini beátam et gloriósam Vírginem : cujus hódie festa in terris cólitis. De qua dícitur, María autem conservábat ómnia verba hec, que de Christo dicebántur :

cónferens in corde suo. Conférte ergo et vos in córdibus vestris charíssime, que de ipso eódem Dómino cathólice dicúntur : ut et fidem íntegram serváre póssitis, et matrem ejus débite venerári, quóniam nullus honor ejus álius, nisi cum ille jure honorátur, qui nasci dignátus est ex ea.

### Lectio secunda.

**C**eterum rogo quecunque estis filie, quécunque matres, cogitáte atténtius, et perpéndite diligéntius, quibus afficiebátur beáta et intemeráta Virgo dolóribus, post Christi ad celos ascénsum, explétis ómnibus que de ipso erant ab ángelis predicáta, et a prophétis multiphárie multísque modis presignáta : divínis declaráta

oráculis, virtútibus exhíbita, et que humanitátis sunt osténsa preságii. Queso si qua sunt in vobis víscera pietátis : consideráte quo cruciabúntur amóre, quove desidério estuábat hec Virgo : dum revólvit ánimo cuncta que audíerat, que víderat, que cognóverat.

### Lectio iij.

**P**uto quod quicquid cordis est, quicquid mentis, quicquid virtútis humáne si totum adhíbeas : non sufficiat ut cogitácio váleas, quanto indesinénter cremabátur ardóre pii amóris, quantis movebátur repléta Spíritu Sancto celéstium secretórum incitaméntis. Quia et si diligébat Christum ex toto corde, et ex tota ánima, et ex tota virtúte, novis tamen quotídie inflammabátur preséntia

absens desideriórum afféctibus : tanto síquidem valídius, quanto divínis illustrabátur intus visitatióibus. Quam totam repléverat Spíritus Sancti grátia, totam incandúerat divínus amor : ita ut in ea nichil esset mundánus quod violáret afféctus, sed ardor contínuus, et ebrietas perfúsi amóris. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>489</sup>

*Lectio ad j.*

**P**Am et si Christus ab ómnibus<sup>490</sup> est amándus, ex toto corde ex tota ánima atque ex tota virtúte queréndus est : máxime tamen ab ea ardéntius cuius et Dóminus erat et Fílius. Fortássis enim piam Dómini matrem pre nímio amóre in loco quo sepúltus dícitur, intérsum habítasse crédimus : quátenus piis pasce-rétur intérnus amor obtútibus. Sic namque locus médius est hinc inde constitútus : ut adíre posset ascensiónis ejus vestígia, et locum sepultúre ejus ac resurrectiónis : seu ómnia in quibus passus est loca invísere. Non quod jam vivéntem quéreret cum mórtuis : sed ut suis consolarétur aspéctibus. Hoc quippe habet impátiens amor : ut que desíderat semper inveníre se credat. Ignorat síquidem judícium : ratíone multótiens caret, nescit modum : nec áliud cogitáre potest quam quod díligit. Non enim áccipit amor de impossibilitáte solátiū : neque ex difficultáte remédium. Que licet beáta virgo, quamvis jam in spíritu esset : tamen

dum in carne vixit, cárneis movebátur sénsibus, et ídeo quam sepe locórum recreabátur visitatióibus, et quem genúerat mentis complectebátur ampléxibus. Dénique amor Christi desidérium pariébat. Desidérium vero [122v.] gliscens, quasi novis reparabátur ardóribus, in tantum ut credámus nonnúnquam quod ómnia étiam semetípsum transcénderit : quia omnis amor impátiens quod amat non potest non vidére. Hinc est charís-sime, quod omnes sancti ómnia que merúerant pro parvis dúxere : si Deum quem amáverant non viderent. Sicúti et venerábilis beáta María, nondum dignum<sup>491</sup> pro innúmeris et imménsis beneficiis reddébat intérsum obséquium sanctitátis : dum benefíciorum in terris pósita vidére non póterat largítórem. Et ídeo dilectíssime hódie elevátur super choros angelórum : ut possit spéciem vultúmque vidére Salvatóris quem amáverat, quem concupíerat ex toto desidério cordis.

## ¶ In octava assumptionis beate Marie.

(xxij. Augusti.)

### Ad primas vespertas.

*Super psalmos<sup>492</sup> dicitur hec sola antiphona Tota pulchra [es].<sup>493</sup> {1161}.*

*Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et ceteri psalmi de sancta Maria.*

*Capitulum et responsorium et cetera omnia fiant sicut in prima die ad primas vespertas cum hac oratione Veneranda nobis. {1190}.*

*Memoria fiat de martyribus Timotheo et Symphoriano cum hac oratione.*

**A**Uxílium tuum nobis Dómine placátus impénde : et intercedéntibus beátis martyribus tuis Thiomthéo et Symphoriáno, déxteram super nos tue protectiónis<sup>494</sup> exténde. Per [Dóminum].<sup>495</sup>

### ¶ Ad matutinas.

*Novem lectiones fiant. Invitatorium triplex. Tota cantetur hystoria sicut in prima die more simplicis festi, preter nonum responsorium quod erit Cándida virginitas. {1194}.*

#### Lectio j.

**S**I gáudium sit in celo de quolibet peccatóre convérso, multo magis putándum protante Vírginis exaltatióne et glória, quod exultatio sit in supérnis : cuius nimírum festivitas ómnium supernórum cívium est gratulátio, presertim quia ejus celébritas laus et favor est Salvatóris. Unde crédimus ut supradictum est, quod non hunc tantum diem solénnem ducunt pro

ejus honóre ánnuum verum contínuum étiam et etérnum, jocunditatis ac letície veneratiónis<sup>496</sup> obséquio : cum omni colunt tripúdio amoris et gáudii. Nec immérito ígitur omnis illa celéstis cívitas congratulátur et venerátur Matrem, cuius super se adórat Fílium Regem : ante quem tremunt potestátes, et curvátur omne genu. Tu autem Dómine [miseré nostri].<sup>497</sup>

#### Lectio ij.

**D**E hujus nimírum ad celos ascensióne multo admirántius<sup>498</sup>

intúitu, secretórum contemplátor célestium in Cánticis, Vidi inquit speci-

ósam ascendéntem quasi colúmbam désuper rivos aquárum. Et vere speciosa quasi colúmba : quia illíus spéciem colúmbe ac simplicitátem premonstrábat, que super Dóminum venit et dócuit Johánnem quia hic est qui baptízat. Et bene super rivos aquárum : quia super aquam reflec-tiónis educáverat eam Dóminus et

nutríerat, ex qua multi dedúcti rivi omnem írrigant terram deliciárum, et infúndunt ortum voluptátis, ex quibus quotídie lota et perfusa béata Dei Génitrix ascéndit hodiérana die speciosa valde et admirábilis. Cujus odor inestimábilis erat nimis : et ídeo ineffábilis.

*Lectio iij.*

**A**d cujus profécto fragrántiam odóris, omnis illa celéstis Hierúsalem leta decúrrit, quam circundábant flores rosárum et lília convállium : eo quod omnes ánime martýrio rubricáte : eam etérne dilectionis complectúntur ampléxibus, et virginitatis splendóre candidáte, ac si lília in valle humilitatis enútrite, circúndant eam, veneratiónis grátia

obsequéntes. Recte ígitur beáta Dei Génitrix et martyr et virgo fuit : quamvis in pace vitam finíerit. Hinc quoque quod vere passa sit : Sýmeon prophéta loquens ad eam, Et tuam inquit ipsíus ánimag pertransíbit gládium. Ex quo constat quod álii sancti et si passi sunt pro Christo in carne : tamen in ánima quia immortális est pati non potuérunt.

*Lectio quarta.*

**B**éata ígitur Virgo Génitrix quia in ea parte passa est que impas-sibilis habétur, ídeo (ut ita fátear) quia spiritáliter et atrócius passa est gládio passiónis Christi plusquam martyr fuit. Unde constat quia plus ómnibus diléxit : proptérea et plus dóluit,

íntantum ut ánimag ejus totam pertransíret et possíderet vis dolóris : ad testimónium exímie dilectionis. Que quia mente passa est : plusquam martyr fuit. Nimírum et ejus diléctio amplius fortis quam mors : quia [123r.] nimírum Christi mortem suam fecit.

*Lectio quinta.*

**P**unc autem circúndant eam flores rosárum, indesinénter

ejus admirántes pulchritúdinem inter filias Hierúsalem : in qua pósuit Rex

thronum suum quia concupívit ejus spéciem et décorém. Fuit enim plena charitáte ac dilectióne : idcirco séquitur post eam purpuratórum exércitus et candidatórum grex. Quam si diligéntius aspícias nichil virtútis est, nichil speciositatis : nichil candóris et glórie quod in ea non respléndeat. Et ídeo bene circúndant

eam flores rosárum et lília convállium, ut virtútes virtútibus fulciántur : et formósitas décoré castitátis augeátur. Nam omnis splendor et glória quanto illustrátur fulgóre suo sublímius : tanto appáret prestántior claritáte : et quorúmlibet subjectórum<sup>499</sup> exímior predicátur. Tu autem.

*Lectio vj.*

**S**ic et beáta Dei Génitrix, cujus candor virginitatis ac si plantátio rose in Hiérico speciálius refúlsit : circúndata offício charitatis splendídius enítuit. Submíttitur sanctórum cláritas, ut ejus amplius glória commendétur, que super angelórum choros eleváta : jam beatíssima predicátur. Nam angelórum quamvis célsior natúra sit : non tamen grátia major, quia et ipsi gratúita grátia ne corrúerent sunt salváti. Unde David, Verbo inquit Dómini celi firmáti sunt : et spíritu oris ejus omnis virtus eórum. Quod si spíritu Dei omnis

virtus eórum, constat beátam et gloriósam Vírginem, in quam supervénit Spiritussánctus : et Deus totus illápsus portabátur novem ménsibus in útero, credéndum amplióra prome-ruísse virtútum privilégia : et percepísse grátiam ab ángelis étiam collaudátam. Unde, et si mirábilis est eórum virtus et firmitas et perpetúitas, mirabílior tamen in María, quam obumbrávit virtus Altíssimi, ut ultra omnem virtútem sit angélicam quod factum est in ea, et admiráibile cunctis séculis sacraméntum.

*Tres ultime lectiones de expositione Evangelii Intrávit Jesus in quoddam. sicut in prima die legantur. {1181}.*

*Lectio [ad] j.<sup>500</sup>*

**A**C per hoc étiam ángelis exínde major prestáтур grá-tia, cum instaurántur ab eo

ómnia quem venerántur et adórant super se Christum Regem Dóminum : ex eádem natum vírgine. Beáta virgo

María cunctis tanto venerabílior : quanto gloriósior. Et quanto virtúte Altíssimi extóllitur ad sublímia : tanto clárior résultat in glória. Plena síquidem grátia plena Deo : plena virtútibus, non potest non possídere pléniter glóriam claritatis etérne : quam plenissime accépit ut mater fieret Salvatóris. Quam vidérunt omnes filias Syon et beatam dixérunt ac regíne laudavérunt eam, quóniam tantam eam vidérunt, quantam nullus narrándo explébit mortálium : quanto magis Deum qui talem ac tantam fecit eam ut ipse fieret<sup>501</sup> per eam ? Unde David, Et homo inquit natus est in ea : et ipse fundávit eam Altíssimus. Beata ígitur talis ac tanta natívitas : beáta et supernórum cívium societas, et admirábilis charitatis eórum unanímitas, ubi nemo angelórum nemo archangelórum, non dico beaté Maríe vírginis, verum neque alicújus sanctórum ínvidet glóriam, sed totum in áltero unusquisque póssidet, quod gratis prestátur ómnibus, ut de ómnibus et in ómnibus glorificétur Deus, honorétur et adorétur ab ómnibus. Ubi non sexus, non etas et

dignitas géneris : sed meritórum qualità sola discérnitur. Ubi plúrimum stella differt a stella in claritaté : quamvis omnes in suo sint órdine suscitándi. Quod si est ália cláritas solis, et ália cláritas lune, et ália cláritas stellárum : una tamen cláritas est qua illustrántur ómnia. Idcírco beáta Dei génitrix que adhuc tantis in terra predicátur láudibus : non immérito créditur hodiéerna die exaltáta et clarificáta quantum novit ille qui eam élégit in sua sapiéntia et dispónit ómnia. Quod si in domo Patris mansiónes multe sunt, crédimus splendidiórem matri hódie Fílium mansiónem prestitísse quam olim edificávit domum subníxam colúmnis septem. In qua nimírum domo parántur núptie ecclesiárum [123v.] Dei et federántur terrénis celéstia. Ideo namque in útero vírginis Sponso immortáli virgínitas consecrátur : ut sit totum celéste commécium. Et ídeo charíssimi celebráte solénniter vírginis festum que celéstem nobis vitam in terris osténdit : quóniam qui non nubent neque nubéntur, erunt sicut ángeli Dei in celo.

¶ *Ad laudes omnes antiphone dicantur.* {1188}. *Capitula et cetera omnia sicut in prima die fiant cum memoria de martyribus ut supra ad vesperas.* [Oratio ut supra.]<sup>502</sup>

¶ *Ad primam et ad alias horas et ad secundas vesperas omnia fiant sicut in dominica*

In octava assumptionis.

---

*infra octavas cum memoria de martyribus Thimotheo et Apollinare ad secundas vespertas predictas cum oratione de communi plurimorum martyrum non pontificum.*

*Si octava assumptionis beate Marie in sabbato contigerit : ultime vespere de octava fiant cum memoria de sequenti dominica scilicet post memoriam de martyribus : deinde eat processio ante crucem.*

*In introitu chori antiphona sicut in dominica infra octavas. Et in dominica erunt vespere de sancto Bartholomeo, et memoria de dominica scilicet post memoriam de sancto Audoeno que erit solenniter.*

Sanctorum Thimothei et Apollinaris martyrum.

---

¶ *Sanctorum Thimothei et Apollinaris  
martyrum.*

(*xxiiij. Augusti.*)

*Tres lectiones fiant cum nocturno propter vigiliam, cetera omnia de communi  
plurimorum martyrum [739]. usque ad missam dicantur que missa erit de vigilia.*

Sancti Bartholomei apostoli.

¶ [*In festo*]<sup>503</sup> *sancti Bartholomei apostoli.*

*Duplex festum.*

(xxiv. Augusti.)

*Ad primas vespertas et ad matutinas dicatur hic [cantus super hunc]<sup>504</sup> hymnus.*

HS:181r; 1520-S:99v; 1531-S:123v.

Hymn.  
I.

sar0806.

 Artho-lomé-e \* ce-li sy-dus áure- um, Mí-li- tes  
su-pra so-lis ju-bar rá-di- ans : E-ri-ge mentes nostraras po-lo  
túrbidas, Egrásque nos-tras sa-na consci- énti- as.

Annue Christe. *in communi.* [645].

*Oratio.*

 Mnípotens sempitérne Deus,  
qui hujs diéi venerándam  
sanctámque letíciā in beáti Bar-  
tholoméi apóstoli tui<sup>505</sup> festivitáte

tribuísti : da ecclésie tue quésumus, et  
amáre quod crēdidit, et predicáre  
quod dócuit. Per Dóminum  
[nostrum].<sup>506</sup>

*Memoria fiat solenniter de sancto Audoeno episcopo et confessore ad primas vespertas et ad matutinas cum hac oratione.*

 Eus qui perénنم glóriam  
sanctíssimi confessóris tui atque  
pontíficis Audoéni ánime contulísti :  
tríbue quésumus, ejus [nos]<sup>507</sup> apud

te ita patrocíniis sublevári,<sup>508</sup> ut cum  
eo vitam possideámus etérnam. Per  
Dóminum.

## ¶ Ad matutinas.

*Novem lectiones fiant sine expositione Evangelii.*

### *Lectio j.*

**B**N inferiórem Indianam vénientis beátus Bartholoméus apóstolus, ingrēssus est templum in quo erat ydolum Astaroth : et quasi peregrinis ibi manére cepit. In hoc ydólo demon talis erat, qui diceret securare languentes : quos sine dúbio ipse lédebat. Et cum lédere eos desíisset : curásse putabátur. Factum

est ergo ut manénte ibi sancto Bartholoméo, nulla respónsa daret Astaroth : nullique póterat ex his quos léserat subveníre. Jamque plenum erat de languéntibus templum : et quotídie sacrificántibus, nullum póterat demon dare respónsum. Tu [autem Dómine miserére nostri].<sup>509</sup>

### *Lectio ij.*

**P**Errexérunt ergo in áliam civitátem ubi áliud demónium colebátur cui nomen Berith : et illi sacrificántes cepérunt inquirere, quare deus eórum Astaroth non illis daret respónsa. At ille dixit, Deus vester sic captívus et religátus cáthenis ígneis strictus tenétur, ut neque suspiráre áudeat neque loqui : ex illa hora qua

ibi apóstolus Dei Bartholoméus ingrēssus est. Dicunt ei, Et quis est iste Bartholoméus ? Respóndit demon, Amícus Dei omnipoténtis est : et ad hoc venit in istam provínciam, ut ómnia númina que colunt Indi evácuet. Qui dixérunt, Dic nobis ejus signa : ut póssimus cognoscere eum. Tu autem.

### *Lectio iij.*

**R**Espóndit demon, Capillo nigro cápit is et criso : caro cándida, óculi grandes. Nares equáles, et dirécte aures coopértas crine cápit is, barba prolíxa, paucos habens canos, statúra equális. Cénties vero flexis géni bus per diem, et cénties per noctem orat Dóminum. Dixit étiam demon, Hic autem apóstolus Dei

omnem linguam ómnium géntium et lóquitur et intélligit. Ambulant quoque cum eo ángeli Dei qui non permittunt eum fatigári neque esuríre. Hoc étiam quod vos interrogátis, et quod ego respónsum de eo dedi : jam novit. Angeli enim Dei : ipsi núnciant ei. Rogo autem vos : ut dum invenéritis eum, rogétis ut huc

non véniat, ne hoc michi fácient  
ángeli qui cum eo sunt : quod  
[124r.] fecérunt collége meo Astaroth.  
Reverténtes autem hómines illi,

circúibant ómnium peregrinórum  
vultus et hábitus : et per duos dies  
non invenérunt eum.

*Lectio iiiij.*

**F**Actum est autem post hec : ut  
quidam plenus demónio clá-  
máret dicens, Apóstole Dei Bartho-  
lomée : incéndunt me oratiónes tue.  
Tunc apóstolus dixit ei, Obmutésce  
et exi ab eo. Et statim liberátus est  
homo : qui per multos annos fúerat  
fatigátus ab eo. Polémius autem rex

illús províncie habébat filiam luná-  
ticam : nunciatúmque est illi hoc de  
demoniós. At ille statim misit ad  
apóstolum Dei dicens, Peto ut sicut  
liberásti Pséusticum, qui per multos  
annos passus est : ita et filiam meam  
salves.

*Lectio v.*

**P**xúrgens autem apóstolus :  
perréxit ad regem. At ubi vidit  
puéllam cáthenis constríctam, quia  
omnes morsu attréctabat : et quos  
póterat tenére scindébat et cedébat, et  
nullus erat ausus accédere ad eam :  
jussit eam solvi. Dicunt ei minístri,  
Et quis audet manum mítttere ad eam ?  
Dicit eis apóstolus, Jam vinctum  
téneo inimícum qui in ipsa erat : et  
vos adhuc timétis eam ? Fecérunt  
autem minístri sicut jussit apóstolus :

et ultra non pótuit eam vexáre  
demon. Sanctus autem apóstolus  
prédicans regi evangélium Christi :  
duxit eum ad templum in quo erat  
ydólum Astaroth, sacrificántibus ex  
more cultóribus : cepit clamáre  
demon, Cessáte míseri sacrificáre  
michi : ne pejora patiámini quam ego,  
qui cáthenis ígneis ligátus sum ab  
ángelis Jesu Christi : quem Judéi  
occidérunt.

*Lectio vij.*

**I**lle autem ipsam mortem tértia  
die resurgéndo destrúxit : et  
signum sue crucis misit per apóstolos  
suos in omnes partes séculi, ex quibus  
unus est hic qui me vinctum tenet.

Sanctus autem apóstolus dixit ad  
demónem, Si vis ut te non fáciam in  
abýssum mitti : exi de simulácro isto  
et confrínge illud, et vade in terram  
desértam ubi accéssus hóminum non

sit. At ille statim egréssus ómnia commínuit : ita ut omnem pictúram diluísset. Tunc apóstolus expándens manus suas ad celos dixit, Peto Dómine ut hec multitúdo salvétur : ut cognóscant omnes quia tu es Deus

unus in celo et in terra : qui salútem réparas, per ipsum Dóminum nostrum Jesum Christum, qui tecum et Spíritu Sancto vivit et regnat in séculórum.

*Lectio viij.*

**B**RÁnte sancto apóstolo appáruit ángelus Dómini : et per quátuor ángulos templi, dígito suo in saxis signum crucis scripsit<sup>510</sup> et dixit, Tale vos fácite in fróntibus vestris : et ómnia mala fúgient a vobis. Tunc sanctus ángelus osténdit eis ingéntem Egýptium nigriórem fuligine, acúta fácie cum barba prolíxa, crínitum usque ad pedes, óculos ígneos sicut ferrum ignítum habéntem, scintíllas sulphúreas ex ore et náribus emiténtem : et erat vinctus ignitis

cáthenis. Et dixit ei ángelus, Quóniam audísti vocem apóstoli : et ómnia pollutionis génera de isto templo mundásti : solvam te ut vadas ubi nulla hóminum conversátio sit. Tunc demon ejulátum magnum emíttens : volávit et nusquam compáruit. Angelus autem Dómini, vi-déntibus ómnibus : celos pétit. Tunc rex Polémius cum uxóre et filiis et omni pópulo suo baptizátus est : et depósito dyademáte, cepit apóstolo adherére.

*Lectio viiij.*

**T**UNC congregáti sunt sacerdótes et pontífices templórum ad fratrem ejus, majórem regem Astríagen : et dixérunt ei, Frater tuus discípulus factus est illíus magi : qui tempa nostra et deos nostros destrúxit. Cunque hec flentes regi reférrent : rex indignátus misit minístros suos cum pontificibus, ut ubicúnque invenírent apóstolum, vinctum illum perdúcerent ad eum.

Quod cum fecíssent : dixit ad eum Astríages, Tu es Bartholoméus, qui avertísti fratrem meum ? Sanctus apóstolus respóndit, Ego non avérti eum sed convértili. Dixit ei rex, Tu es qui deos nostros fecisti commínui ? Sanctus apóstolus respóndit, Ego dedi potestátem demónibus qui in eis erant, ut ipsi conquassárent ydóla vana in quibus degébant : et feci ut hómines relícto erróre, créderent

omnipoténti Christo qui in celis  
hábitat. Dixit ei rex, Sicut tu fecísti  
fratrem meum relínquere deum suum

et crédere Deo tuo : ita ego fáciam te [124v.]  
relínquere Deum tuum, et crédere  
deo meo. Tu autem.

*Lectio ix.*

**D**ixit autem sanctus apóstolus ad regem, Si ego feci ut deus quem colébat frater tuus frángeret simuláchrum suum, et hoc tu póteris fácerre Deo meo : póteris me ad sacrificium provocáre. Sin autem : ego omnes deos tuos commínuam, et tu crede Deo meo. Intérea nunciátum est regi, quod deus suus quem colébat cecidísset et minutátim abísset. Tunc scidit rex purpúream vestem qua indútus erat : et fecit fústibus cedi sanctum apóstolum Bartholoméum, et cesum jussit decollári. Veniéntes autem pópuli qui per apóstolum credíderant una cum Polémio rege abstulérunt cum hýmnis

et cum glória corpus ejus. Tricésimo autem discessiónis sancti apóstoli die arréptus est rex Astríages a demónio, omnésque pontífices demónio pleni venérunt ad templum ejus confiténtes apostolátum ejus, et ibi sunt mórtui. Factúsque est timor super omnes incrédulos : et credéntes univérsi baptisáti sunt a presbíteris : quos ordináverat beátus apóstolus Bartholoméus. Rex étiam Polémius<sup>511</sup> acclámante univérso pópulo et clero, epíscopus ordinátus : cum in sancta conversatióne episcopátum annis vigínti tenuísset, migrávit ad Dóminum.

**C**etera omnia de communi unius apostoli. [643].

*Memoria de sancto Audoeno ut supra. {1228}.*

**C**ad secundas vespertas ant. Jurávit Dóminus. in communi. [675]. Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et ceteri psalmi de apostolis. R. Cives apostolórum. ix. in communi. [661]. [Cetera de communi unius apostoli.]<sup>512</sup> [643].

## ¶ *Sancti Ruphi martyris.*

(xxvij. Augusti.)

*Invitatorium duplex. Tres lectiones fiant cum hac oratione.*

*Oratio.*

**A**déstō Dómine supplicatiōnibus nostris : ut beáti Ruphi mártýris tui intercessiōnibus confidéntes, nec

minis adversántium, nec ullo conturbémur incúrsu. Per [Dóminum].<sup>513</sup>

*Lectio prima.*

**R**uphus patrícius et excónsul, ducátum agébat Ravénne : cujus única filia infirmabátur. Cui indicátum est de nómíne Apollináris sacerdótis. Quem mox jussit ad domum suam addúci : ut visitáret filiam ejus. At ubi ingréssus est domum cum cléricis suis : statim defúncta est puélla. Cumque lamenta-

tatiónes audísset beáthus Apollináris : cognóvit quia transísset. Et descendéntem increpábát eum Ruphus patrícius : cum láchrymis dicens, Utinam domum meam non introísses. Dii enim magni indignáti sunt : et noluérunt filiam meam salváre. Tu vero in quo póteris salváre eam ? Et omnes qui áderant flebant cum eo.

*Lectio ij.*

**B**éatus Apollináris ait Rupho, Fiduciáliter age pátrici : et jura michi per salútem Cesáris, quia permíttes puéllam sequi Salvatórem suum : et modo cognósces virtútem Dómini nostri Jesu Christi. Ruphus patrícius respóndit, Scio quod mórtua est puélla et non vivit. Tamen si vídero eam stantem et loquéntem, laudábo virtútem Dei vivi : et non prohibébo puéllam sequi Salvatórem suum. Tunc univérsa multitúdine flente, ipse fidúciam habens in Jesu :

accéssit et tétigit puéllam dicens, Dómine Jesu Christe Deus meus, qui magístro meo Petro apóstolo tuo dedísti locum impetrándi apud te que desíderat : tu súscita hanc puéllam quia tua est creatúra, et non est álius Deus preter te. Et respíciens ad puéllam ait, Quid jaces ? Surge : confitére Salvatórem tuum. Que statim surréxit : et loquebátur, vocíferans, et dicens, Magnus est Deus quem prédicat Apollináris fámulus ejus : et nullus est álius preter eum.

*Lectio iij.*

**F**Actum est in illa hora gáudium magnum coram ómnibus Christiánis : quia magnificátum est nomen Dómini Jesu Christi. Baptisáta est autem puélla cum patre et matre et família promíscui sexus, ánime trecénte trigínta quátuor. Sed et multi álii ex pagánis credidérunt in Christum. Ruphus vero patrícius timens Cesárem occúlte diligébat beátum Apollinárem : et ministrábat ei. Fília vero ejus consecráta est

Christo : et permánsit virgo. Nunciátum est hoc Cesári a pagánis, quod quidam vir véniens ab Anthióchia mágicis incantatióibus nomen Jesu Christi Hebréi indúxit in urbem Ravénnam, et magna multitúdo obédit illi : et étiam domus Ruphi patrícií. Cui Cesar misit successórem. [125r.] Idem vero Ruphus patrícius post áliquod tempus in Capuána urbe sexto kaléndas Septémbris : pro Christi nómine martýrium sumpsit.

*Cetera omnia de communi unius martyris. [679].*

## ¶ *Sancti Augustini episcopi et confessoris atque doctoris.*<sup>514</sup>

(*xxvij. Augusti.*)

*Capitulum. Ecclesiastici xlviij. (9.)*

**D**icit dominus confessio[n]em sancto suo et excelso in verbo glorie, de omni corde suo laudavit

Dominum, et dilexit Deum qui fecit illum.

*Oratio.*

**D**eus qui beatum Augustinum ecclesie tue in exponendis scripturae sancte<sup>515</sup> mysteriis doctorem

catholicum providisti : da nobis ejus semper<sup>516</sup> et doctrinis instrui, et oratione fulciri. Per Dominum.

## ¶ *Festum inferius duplex.*

*Novem lectiones fiant.*

*Cetera omnia de communi unius confessoris et pontificis cum capitulis hic inscriptis.*<sup>517</sup>  
[791].

*Deinde fiat memoria de sancto Hermete<sup>518</sup> martyre. Ad primas vespertas et ad matutinas cum hac oratione.*

*Oratio.*

**D**eus qui beatum Hermetum martyrem tuum virtute constantie in passione roborasti : ex ejus nobis imitacione tribue pro amore tuo

prospera mundi despicer, et nulla ejus adversa formidare. Per Dominum.

*Lectio prima.*

**E**x provincia Affricana, civitate Tagastensi,<sup>519</sup> de numero curialium, parentibus honestis et Christianis : beatus Augustinus progenitus est. Aliusque ac nuthoritus eorum cura et diligentia et

impensis, secularibus litteris eruditus est : apprime omnibus videlicet disciplinis imbatus, quas liberales vocant. Nam et grammaticam prius in sua civitate : et rhetorica in Africe capite Carthagine postea

dóciuit. Dóciuit étiam consequénti témpore trans mare in urbe Roma, et apud Mediolánum<sup>520</sup> : ubi tunc imperatóris Valentíniáni juniórís comitátus fúerat constitútus. In urbe

Medioláno tunc episcopátum admi-nistrábat acceptíssimus Deo, et in óptimis viris preclaríssimus sacérdos Ambrósius. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>521</sup>

*Lectio secunda.*

**L**ujus intérea verbi Dei predi-catórís frequentíssimis in ecclésia disputationibꝫ astans in pópulo : in-tendébat Augustínus suspénsus atque affixus. Aliquándo enim Maniche-órum apud Carthagínemadoléscens fúerat erróre sedúctus, et ídeo céteris suspénsior áderat : ne quid vel pro ipsa vel contra ipsam héresim díceret Ambrósius. Et prevénit Dei libera-tórís cleméntia sui sacerdótis cor per-tractántis, ut contra illum errórem lu-cidéntes legis solveréntur quéstiones : atque ita héresis illa miseratióne di-vína ejus ex ánimo pulsa est. Prótinus ergo in fide cathólica confirmátus Au-

gustínus, ádeo divíni amóris ardóre ignitus est : quod propinquántibus diébus sanctis Pasche salútis aquam percíperet. Et factum est divína pres-tánte opitulatióne : ut per illum tan-tum ac talem antístitem Ambrósium, [Augustínus]<sup>522</sup> et doctrinam salutárem ecclésie cathólice, et divína percíperet sacraménta. Moxque ex íntimis cordis medúllis : spem omnem quam habébat in século derelíquit. Jam non uxórem, non filios carnis, non divítias, non honóres séculi querens, Deo cum suis servíre státuit. Tu.

*Lectio iij.*

**C**T non erat tunc major annis trigínta : sola supérstite matre sibíque adherénte Mónica nómine, et de suscépto ejus propósito serviéndi Deo, amplius quam de carnis nepótibus exultánte, nam jam ejus pater ántea defúnctus erat. Renun-ciávit étiam scolásticis quos rhetor docébat, ut sibi magístrum álium

províderent : eo quod servíre Deo ipse decrevíset. Tunc plácuit ei percépta grátia cum áliis cívibus et amícis suis Deo páriter serviéntibus : ad Affricam et própriam domum agrósque reme-áre. Ad quos véniens et in quibus constitútus ferme triénnio et a século jam alienátus, cum his qui éidem adherébant Deo vivébat, jejúniis,

oratiōnibus, bonisque opēribus in lege Dōmini mēditans die ac nocte, et de his que sibi Deus cogitāti atque orāti intellēcta revelābat : presēntes et absēntes sermōnibus ac libris docēbat. Factum est autem, ut a Valério sancto episcopo in ecclēsia

Ipponēsi quamvis multum renītens et lachrymans prēsbiter ordinarētur : ómnibus id uno consēnsu et desidērio fieri perficique petēntibus, magnōque stūdio et clamōre flagitāntibus. Tu [125v.] autem.

*Lectio quarta.*

**F**actus prēsbiter Augustinus, monastēriū intra ecclēsiam mox instītuit : et cum Dei servis vīvere cepit, secūndum modum et rēgulam sub sanctis apóstolis constitūtam. Sanctus vero Valérius ordinātor ejus, ut erat vir pius et Deum timens, exultābat et Deo grātias agēbat, suas a Dōmino exaudītas preces, quas se frequētissime fudisse narrābat, ut sibi divīnitus homo concederētur talis : qui posset verbo Dei et doctrīna

salubri ecclēsiam Dōmini edificare. Sciēnsque se cōpore et etāte infirmīssimum, egit secrētis lītteris apud primātem episcopōrum Carthaginēsem, pretēndens imbecillitatē corporis sui etatīsque gravitatē, et obsēcrans ut Ipponēsi ecclēsie ordinarētur episcopus : quo sue cāthēdra non tantum succēderet, sed consacērdo accēderet Augustinus. Et que optāvit et rogāvit : sātagens rescrīpto impetrāvit.

*Lectio quinta.*

**P**oste ergo pētito ad visitāndūm et adveniēnte ad ecclēsiam Ipponēsem tunc primāte Numīdie Megālio Calamēsi, sancto Valério antīstite, episcopis qui forte tunc áderant, ac clēricis ómnibus Ipponēnisbus, et univērsa plebe<sup>523</sup> inopinātam cunctis suam insinuānte voluntatē, omnibūsque audiētibus gratulāntibus, atque id fieri perficique

ingēnti desidērio acclamāntibus : episcopātūm suscīpere contra morem ecclēsie suo vivēnte episcopo prēsbiter recusābat. Dumque illi ut fieri solet ab ómnibus suaderētur, atque id ignāro de transmarīnis et Affricānis ecclēsie exēmplis probarētur : compūlsus atque coāctus succūbuit. Quod in se fieri non debuīsse, ut suo vivēnte episcopo ordinarētur, pōstea

et dixit et scripsit propter consílīi<sup>524</sup> universális vétitum, quod jam ordinátus dídicit : nec quod sibi factum esse dóluit áliis fieri vóluit. Augustínus ígitur factus epíscopus : multo instántius atque fervéntius, majoréque auctoritaté verbum salútis etérne in Dómini ecclésia predicábát.

Qui sane dícere inter familiária collóquia consuéverat, post percéptum baptísmum étiam laudátos Christiános vel sacerdótes, absque digna et competénte penitentia exíre de córpore non debére : quod et ipse fecit última qua defúnctus est egritúdine. Tu autem.

*Lectio sexta.*

**P**Am sibi jússerat psalmos Davíticos qui sunt paucíssimi de penitentia scribi : ipsósque quaterniónes jacens in lecto contra parítem pósitos, diébus sue infirmitatis intuebátur, et legébat : et ubértim ac júgiter flebat. Et ne inténtio ejus a quoquam impediréatur, ante dies ferme decem quam exíret de córpore, postulávit a preséntibus ne quis ad eum ingredérétur : nisi his tantum horis quibus médici ad inspiciéndum intrábant, vel cum ei reféctio inferebátur. Et ita observátum et factum est : et in illo témpore oratióni vacábat. Verbum Dei beátus Augustínus usque ad extrémam egritúdinem impretermísse alácriter et fórtiter, et sana fide in ecclésia predicávit : membris ómnibus sui córporis incolúmis, íntegro aspéctu atque audítu. Sed ne civitatis sue ruínam víderet, tértio obsidiónis

ejus mense migrávit ad Dóminum : quinto kaléndas Septémbri, cum vixíset annos etátis sue septuagínta sex, in clericátu autem vel episcopátu annos ferme quadragínta. In suis quidem scriptis ille Deo accéptus et carus sacérdos, quantum lucénte veritáte vidéri concéditur : recte ac sane fidei, spei, et charitatis fuisse : et ad utilitátem cathólice ecclésias vixísse manifestátur. De quo cum divína scribénte legéntes proficiant : arbitrándum est plus ex eo proficere potuísse illos, qui eum et loquéntem in ecclésia preséntes audíre et vidére potuérunt, et ejus presértim inter hómines conversatiónem non ignorávérunt. Erat enim erúditus scriba in regno celórum de thesáuro suo próferens nova et vétera : et negociátor qui invéntam preciosam margarítam, vénditis que habébat comparávit. Tu autem.

¶ Secundum Matheum v. (13-19.) [Lectio viij.]<sup>525</sup>

**I**N illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis, Vos estis sal terre. Quod si sal evanuerit : in quo salietur ? Et reliqua.

*Omelia excerpta de diversis commentatoribus.*

*Et legatur hac die tantum.*

**S**al appellantur apostoli : quia per ipsos universum hominum [126r.] conditur genus. Terre enim nomine humana natura significatur : salis vero Verbi sapientia. Quod autem apostolos suos celesti ac divina sapientia

plenos, sal terre Salvator nominat, ostendit fatuos esse judicandos, qui terrae tantum sapiunt, qui temporalem bonorum vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes amittunt eterna, que nec dari possunt ab hominibus nec auferri. Notandum autem quod salis natura infecunditatem terre facit. Unde et in psalmo scriptum est, Posuit terram fructiferam in salsaginem. Tu autem.

*Lectio viij.*

**Q**uasdam urbes legimus ira victorum<sup>526</sup> sale seminatas : ut nullum in eis germen oriatur. Allegorice autem hoc bene convenerit doctrina apostolica, ut destruictis adversariorum munitiōibus et peccati regno dejecto, sale sapientie compescat ultra in carnis humanae terra seculi fluxum<sup>527</sup> atque feditatem germinare viciorum. Item quia sal ad condiendos cibos carnésque siccandas aptum est, rite demonstrat, quod per predicationem evangeli fluxus restingitur voluptatum : et humana natura

